

PETRI CRINITI LI  
BRI DEPOE  
TIS LATI  
NIS.



PETRI CRINITI PRAEFATIO LIBRORVM  
DE POETIS LATINIS AD COSMVM  
PACCIVM PONT.  
ARRETINVM.

IBROS nostros de Poetis latinis Cosme Pont. Arre-  
tine tuo nomini dicare cōstitui. qua in re uideri pos-  
sum recte atq; ordine fecisse. multa enim (ut constat)  
magno cultu atq; ueneratione haberi solēt. quod ip-  
sis templis deorum rite dicata sunt: quo magis tibi  
gratulandum est: qui summa eruditione: optimisq;  
disciplinis excellis. Ego uero permultuz in hoc ope-  
re elaborauī: ea perquirendo ac diligentissime obser-  
uando: quæ ad hanc historiae partem componendā ptinerēt. neq; mihi con-  
siliū fuit ea omnia cōplecti: quæ infinitis pene auctorum cōmentariis tra-  
duntur. multa de industria pratermissi: ne quis forte diceret plus laboris at-  
q; studii a me impensum in congerendis Poetis: q̄ prudentiæ ac iudicii in eli-  
gēdis. Itaq; fore quidē existi mo hos libros minime ingratos illis hominib⁹  
qui recte iudicare uoluerint. neq; praterca obscurū est: quātum Romana ci-  
uitas in hac studiorū facultate claruit. siquidem Rom. etiā principes: aucto-  
Imperio: & rebus clarissime gestis magna cura incredibiliq; diligētia Poeti-  
cam coluerunt. Octauius Aug. Germanicus Cæs: & alii plures maxima ani-  
mi uoluptate in hoc disciplinarū genere uersati sunt. nos a Liuiō Andro-  
nico exorsi sumus. qui princeps apud Latinos habitus est in edendis carmi-  
nibus: ut suo loco a nobis dicitur. puentumq; est usq; ad Theodosii Aug.  
tempora: quibus Romana omnis eruditio simul cū maiestate Imperii com-  
minuta est ingruētibus in Italiā uariis populis atq; Barbaris nationibus. id-  
q; effecimus summa breuitate imitati Suetonium Tranquillū his maxime  
libris. quos de grāmaticis ac rhetoribus latinis coposuit. neq; desunt exēpla  
doctissimorū uirorum: qui de Poetis apud ueteres diligenti studio scripse-  
runt: ut apud græcos Zeno Cythicus & Aristoteles. apud nos. M. Varro &  
Vulcatius Sedigitus: quoruz opera interciderunt iniuria longa uetustatis.  
eorum nos industriā sequimur. nihil enī potius aut antiquius mihi potest  
accidere: q̄ uersari in hoc liberali officio bonarū disciplinaruz. & si nullum  
omnino præmiū constitutū est probis ingeniis: propter aduersaz rerum for-  
tunam: & iniquiorem temporū conditionem. sed nolim uideri cuiq; in hac  
parte nimis ambitiosus referendis his malis. quæ nostra tempestate inuale-  
scunt. Laurentius Medices auunculus tuus: cum illi relatum foret in ciui-

AAz

Theodosij tempora  
nota

Sueto

Zeno

Aristot.

Varro

Sedigitus



Oricellarij libri de  
urbe roma

tate sua non nullos esse: qui præclaro ingenio ac excellenti eruditione præstarent: primum lætitia incredibili affectus est. deinde multum his pollicēdo: clareq; & munifice agendo effecit: ut & bene meriti uiderent de suis studiis. & acrius atq; attentius indies peruigilarent in prosequendis atq; excolendis optimis disciplinis. haud enim satis dignum existimauit uir consilio & prudentia clarus in ciuitate sua eos homines haberi sine ulla mercede: q; assiduam operam: singularemq; industriam ponerēt in tā præclaro opere indagandæ atq; illustrandæ antiquitatis. Sed his missis ad institutū nostrū accedamus. quo per suas ætates Poetæ omnes Epici: Comici: Tragici: Lyrici: & alij ueteres transigantur. qui apud Latinos in hoc scribendi genere præstiterūt. & sane nihil toto opere magis me ipsum uarie agitauit: q; diuersa scriptorum traditio de temporibus. cum magna ex parte inter se longe dissentiant. Tu interim munus hoc nostrum lato animo capias: monumentū q; dem perpetuum summæ ergate beniuolentiæ. in quo testes habemus locupletissimos: cum alios plures: tum Ber. Oricellariū. cuius libri de urbe Roma facile probaturi sunt omnibus posteris: quantum illius diligentia iure optimo sit concedendum: in obseruandis atq; illustrandis antiquorum monumentis. Bene Vale Kalē. Nouembris. M. D. V.

De origine Poeticæ apud Latinos

Vi apud ueteres Latinos paulo diligentius de Poeticæ scripserunt. eiusq; originem accurate inuestigarūt: sero asserūt a Romanis fuisse se hanc facultatē receptā annos post urbeꝝ conditā supra .CCCC. ante id tempus Rom. ciues illi habebantur nobiliores atq; egregij: qui strenue pugnando acres forent: ac in rebus gerendis excellenti animo & uirtute præstarent. sic laudabatur bonus ciuis Romæ: ut bonus Colonus: & fortis miles. quo nomine malebāt ea tempestate ab aliis sua gesta describi. q; ipsi aliorum narrare. Sed posteaq; Imperiū ad id magnitudinis accessit: ut rebus clarissime gestis: pacem sibi & pacis cōmoda uindicassent. satis pulcrū atq; magnificū putabant reip. operam nauare: & in senatu benedicendo: reliquisq; disciplinis percipiendis ingeniū suum instruere. Atq; ut de Poeticæ rectius ordineq; agatur. Imperante adhuc Numa Pompilio: & occupata iam tum armis ciuitate: saliorū carmina facta sunt. quæ sacerdotes gradiui Martis ancylia gestantes cuꝝ tripudiis & sollēni saltatu certis diebus decantarēt. & hæc quidem inculta atq; incondita traduntur fuisse pro temporū uetustate: proptereaq; parum posteris sæculis intellecta. paulo mox cantica quædā & deuotionū sacra uulgata sunt: laudesq; deorum immortalium: uersibus absolute. quibus more suo deos comprecari consuerunt. aut expiare urbeꝝ insigni aliquo prodigio. Neq; tū Romæ defuerunt q; uaticiniis aditis populi Romani fata describerent: ut Pub. Licinius Tegula: & Martius Vates: qui obscuris uersibus futuras clades punice bellis prænuñciauit: ac de Iudis præterea Apollinaribus carmen reliquit. per eadem ferme tempora (quātū ex antiquorū monumentis colligere possumus) primus omnium studiū Poeticæ in urbem intulit Liuius Andronicus: eamq; facultatē illustrare cœpit ædito carmine de bello punico: ut suo loco prosequemur. auxerunt hanc paulo mox. præcipueq; instruxerunt. Q. Ennius. M. Plautus: Nauius Pacuuius: Accius & Lucilius: qui Græcorum disciplinas imitati permultū excoluerunt suis fabulis atq; carminibus Romanorū ingenia. qua in re illud minime prætermittendū existimo: quod a. M. Catone relatū est. Poetas ipsos principio in urbe contemptui habitos: & crassatores uulgo appellatos: qui Poeticæ studio tenerentur. quo circa minime mirari oportet. si. M. Fuluius nobiliori uitio datum est. quod is consul cum esset: in Aetholiā prouinciam. Q. Ennium secum duxisset. factum tamē est: ut paulo mox principes etiam uiri aucto Imperio: & domi forisq; pace adepta ad hanc studiorum partem animū inclinarint. Summoq; cultu: atq; honore illos habuerunt: qui carmine absoluendo uiderent admodū excellere. Gratissim⁹ fuit P. Scipioni Ennius. Mario. L. Plotius. C. quoq; Lelio uiro clarissimo. P.

AA3

Saltatu  
Cantica

Martius uates

Cato

Fuluius uero datum quod cōsi  
in Aetholiā enim secum  
duxerit



Terentius. qui adeo familiariter cum eo uixisse traditur: ut illius fabulæ a nonnullis Lelio ascribantur. Decius præterea Brutus uir maxim⁹ atq; Imp. egregius magnopere Poetam Acciū dilexit nullam qdem ob aliam rationē præterq̄ quod in scribēdo carmine præclaro ingenio foret. Hinc sacrat⁹ in ipsa urbe musis templū & magna religione habitum. quoniā existimarent a gratiis ab esse illorum ingenia: qui paulo indoctiores haberentur: & quasi a musarū sacris alieni. sed hæc non debeo prosequi longiori oratione. nam secreto opere de hac materia diligentissime complura collegimus. quæ suis & ipsa temporibus edentur ad cōmunem studiosorum utilitatem. Nūc ad eos Poetas accedemus. qui scribendis carminibus præcipue apud Latinos clauerunt.

**Cōmonitio ad legentes.**

**M**onendi sunt: qui legent hos libros: ne uitio mihi uertāt: sicubi uiderint litteras nonnullas perperam locatas. id enim necessario accidit. dum ipsi opifices (qui libros formis excudunt) in rem suam attentiores complura passim præuertunt: aut temere postponunt: quo fit: ut quædam littere egrediantur de præscripto: alix interdum subsistant: q̄ sunt paulo doctiores per facile hæc agnoscunt atq; inter legendū corrigunt in cōmunem studiorum utilitatem. ad eos prouocamus. ne uideamur decedere ab instituto nostro probandi mea studia illorum iudiciis. qui magis rationē ipsam sequuntur: quam libidinem incensendis atq; extimandis ingeniis. Reliquum est: ut subiciamus eorum Poetarum nomina de quibus agimus p̄ singula uolumina.

**Ex libro Primo**

Liuius Andronicus Epicus  
 Q. Ennius Epicus  
 M. Plautus Comicus  
 Gn. Næuius Comicus  
 M. Pacuuius Tragicus  
 Staius Cæcilius Com.  
 L. Accius Trag.  
 Pub. Terentius Com.  
 C. Lucilius Satyricus  
 Sex. Turpilius Com.  
 Gn. Matius mimographus  
 L. Afranius Com.  
 Fabius Dorfenus Com.  
 M. Attilius Trag.  
 Q. Trabeas Com.  
 Gn. Aquilius Com.  
 C. Licinius Imbrex Com.  
 Q. Nouius Com.

**Ex libro Secundo:**

T. Lucretius Phisicus  
 L. Pomponius Bononiensis Com.  
 Decius Laberius mimographus  
 Q. Catullus epigramatum scriptor  
 Q. Atta Com.  
 Pu. Syrus mimogr.  
 Portius Licinius epigr.  
 Valerius ædituus epigr.  
 C. Valerius Catullus  
 Cor. Licinius Caluus epigr.  
 Q. Cornificius epigr.  
 C. Heluius Cinna  
 M. Furius Bibaculus  
 Pu. Terentius Varro Atacinus  
 C. Ticida epigr.  
 Furius Antias  
 L. Iulius Calidius  
 Laurea Tullius.



Ex libro Tertio:

Pub. Vergilius Maro Heroicus	C. Rabirius
Q. Horatius Flaccus	L. Anneus Seneca Trag.
T. Valgius	C. Asinius Gallus
Albius Tibullus Elegiacus	A. Persius Flaccus Satyr.
M. Mallius mathematicus	Cor. Seuerus
Cn. Cornelius Gallus	M. Anneus Lucanus
Sex. Aurelius Propertius eleg.	Pomponius Secundus Trag.
L. Varius Trag.	Gn. Getulicus epigr.
C. Mecænas	Sextilius Hena Hispanus
Pub. Ouidius Naso	Salcius Bassus Epicus
Cassius Seuerus	Clodius Sabinus
Domitius Marsus epigr.	C. Peto Albinouanus
Iulius Montanus	Vulcatius Sedigitus.
C. Germanicus Aug.	
Cæsius Bassus lyr.	
Aemilius Macer Veronensis	

Ex libro Quarto:

Pub. Stadius Papinius Heroicus  
 Silius Italicus Heroicus  
 Val. Flaccus Setinus Heroicus  
 Aruntius Stella  
 Dec. Iunius Iuuenalis Satyr.  
 M. Val. Martialis Epigr.  
 Sentius Augur epigr.  
 Vestricius Spurina lyr.  
 Voconius Victor epigr.  
 L. Paulus Passienus eleg.  
 T. Annianus Po. Fescennin.  
 M. Marullus Mimomgraphus  
 A. Serenus lyr.  
 Vergil. Romanus Com.

Ex libro Quinto:

Festus Ruffus Auienus  
 Alphius Auitus  
 Septimius Afer  
 T. Calphurnius Siculus  
 Aurelius Olympius Nemesianus  
 Maurus Terentianus  
 Cl. Claudianus Alexandrinus  
 Dec. Aufonius Gallus  
 Damafus Hispanus  
 Iuuenus Hispanus  
 Aurelius Prudentius Clemens  
 Pontius Paulinus  
 Licentius Hipponensis  
 Venantius Honorius fortunatus  
 Faustus Gallus  
 C. Sollius Sidonius Apollinaris



PETRI CRINITI LIBER PRIMVS DE POETIS  
LATINIS: AD COSMVM PACCIVM  
PONT. ARRETINVM.

1  
Liuius cognomine Andronicus Poeta epicus habitus est.  
Romæ floruit post Vrbez conditã annis Paulo supra qua-  
dringentis. quæ res probis auctoribus confirmat. In an-  
nalibus enim quos habemus a græcis plarūq; annorū sup-  
putatio falsa est. & historiæ ueritas corrupta. M. Cicero &  
alii ueteres Liuium hunc referunt primū dedisse fabulas  
apud latinos. eoq; maxime tempore prestitisse: quo sen. p. q. r. pacem fecit  
cum pænis. Gellius aute; scriptor nobilis: & in perscrutãda omni antiqui-  
tate diligens de Liuiio Andronico ad hunc modū tradit. quo loco annorū  
historiam contexit. Liuius Poeta inquit fabulas primo in urbe Roma do-  
cere cepit Cor. Claudio Appii Cæci filio: & M. Tuditano Cos: post obitū  
Sophoclis & Euripidis annos supra centū & .lx. quod & M. Cicero probat  
qui ad Brutū scribēs / anno ante natum Enniū refert Liuiū dedisse fabulas.  
Portius uero Licinius / cum de Poetica loquitur: eius studium dicit Romæ  
ceptum bello punico secūdo. quod ex his uersibus facile colligitur: quos  
Horatius Flaccus imitatur.

Punico bello secundo musa pennato gradu  
Intulit se se bellicosam in Romuli gentem feram.  
S; hæc satis hoc loco: ne forte uideamur nimiū detineri i his repetēdis. Idē  
Liuius domi ac foris primo docuit: utraq; lingua: ut Suetonius tradit: nō  
sine magna cōmendatione sui nominis. Nam uetustissimi illi erant fere se-  
migræci: & græcas disciplinas atq; etiã ethruscas pari studio discebāt. quod  
ex ueterum monumētis intelligitur. laudat Liuius & eius carmen: euz ab  
aliis multis. Tum a Val. maximo: & T. Liuiio qui copiose scribunt. quā-  
tum Romæ prestitit editis carminibus: quæ ter nouenæ uirgines data re-  
ste per manus per urbez euntes decantarunt ad iram deorū placandam. Pre-  
tereo de his fabulis referre / quas Liuius dicitur a Satyris transtulisse: Puerū  
q; ad canendū instruxisse ante tibicinem. præcipue uero cōmendatus est ab  
antiquis grāmaticis Liuius in odissea: & Romanis annalibus. Et si quidam  
temere hæc referunt ad alterum Liuiū. parum diligenter cōsiderantes: quæ  
a Gellio & Prisciano scribuntur. Diomedes quidem sic de Liuianis an-  
nalibus prodit. Epos inquit apud Latinos primus digne scripsit Liuius is  
qui gesta Roma .pop. duodeuiginti complexus est libris. Hi sunt ap-  
pellati annales Liuiiani. quod acta singulorum annorū continerent. Idem

A



Terentianus praterea Liuius composuit hymnos deorum: ut a Terentiano & Liuiio notatum est in Romana historia. afferuntur hi uersus Liuii ex hymno de Diana.

Liuius Et iam purpureo furas include coturno  
Balthus & reuocet uolucres in pectore sinus  
Pressaq; iam grauida crepitet tibi terga pharetra  
Dirige odoriferos ad certa cubilia canes.

Terentianus In his uariatur carmen: ac sub heroico myuron apponitur. quo circa sic de Liuiio Terentianus.

Liuius ille uetus Graio cognomine suae  
Inferit in omni uersu puto tale docimen  
Praemisso hero: subiungit namq; myuron  
Hymnum quando chorus festo canit ore Triuia.

Hae sunt quae de Liuiio Andronico digna relatu existimauimus. de obitu eius nihil apud ueteres legimus.

Q. Ennius.

Eusebius Q. Ennius Poeta epicus Tarēti nat<sup>9</sup> tradit<sup>r</sup>: ut est auctor Eusebi<sup>9</sup> ut plariq; uolunt rhodiis oppido Salētinorum. quod a Mella Pō/ponio & aliis ueteribus affirmatur. translatus in urbem dicit<sup>r</sup> a Catone quaestore deuicta Sardiniae prouincia: qua tempestate missi sunt ab Atheniensibus legati ad Senatum pop. Romani Diogenes Stoicus. Carneades Academicus: & Critolaus peripatheticus. florente in Scena. M. Plauto: & in ciuitate. M. Catone oratore clarissimo. Deinceps insecuti sunt Statius Cecilius: Pacuuius: Accius & pub. Terētius. dicitur fuisse Ennius ingenio acri: & eruditione multiplici: ut qui domi forisq; docuerit. & cum graecam linguam oscamq; & latinā calleret: solitus est dicere sibi esse tria corda de quo multa scribuntur a Gellio in Aeticis cōmentariis. Si quis est qui cognosse uelit: qualis & quantus uir. Q. Enni<sup>9</sup> fuerit: qua fide modestia/ comitate/ ingenio/ doctrina/ cultu/ pbitate/ uixerit: legat illos uersus ex annali septimo: quos Aelius preconinus non minus ad ipsum auctore Ennium existimauit referendos: quam ad Seruiliū Geminū: neq; defuerunt qui putarent. Q. Enniū de se ipso & ingenio suo talia scripsisse. nos eo libentius carmen ascribemus. quoniā Gellius pari diligentia ediscendum asserbat. atq; pracepta quaedam & optima decreta philosophorū de ratione & officii recte uiuendi.

Hocce locutus uocat: qui cum bene saepe libenter.  
Mensam: sermonesq; suos: rerumq; suarum  
Comiter impartit: magna cum lapsa diei  
Pars foret: e summis rebus: paruisq; regundis.  
Parte fuisset de paruis: summisq; gerundis

Gellius

Hocce locutus uocat: qui cum bene saepe libenter.  
Mensam: sermonesq; suos: rerumq; suarum  
Comiter impartit: magna cum lapsa diei  
Pars foret: e summis rebus: paruisq; regundis.  
Parte fuisset de paruis: summisq; gerundis

Consilio induforo/ lato/ sanctoq; fenatu.  
Cui res audacter magnas: paruasq; iocumq;  
Eloqueret: quae tincta malis: & quae bona dictu.  
Euomeret: si quid uellet: tutoq; locaret.  
Quo cum multa uolup. ac gaudia clamq; palamq;  
Ingenium cui nulla malum sententia suadet.  
Ut faceret facinus leuis: haud malus idem.  
Doctus: fidelis: suauis: homo: facundus: suoq;  
Intentus atq; beatus/ scitus/ secunda loquens in  
Tempore cōmodus/ & uerborum uir paucorum:  
Multa tenens antiqua/ sepulta/ & saepe uetustas.  
Quae facit/ & mores ueteresq; nouosq; tenentem.  
Multorum ueterum leges/ diuumq; hominumq;  
Prudentem/ qui multa loqui ue tacere ue possit.  
Hunc inter pugnas compellat seruilis sic

In auentino colle dicitur domum habuisse prope adem Tutulinā dex/ adeoq; tenui uictu & parcis sumptibus/ uixisse uti contentus fuerit uni<sup>9</sup> ancilla ministerio. Inter amicos habuit. M. Catonem. C. Cethegum: & M. nobiligrem. quae secutus traditur. Cum consul in etholiam profici/ teretur Scipioni Africano ita coniunctus atq; carissimus fuit: ut inter praecipua fidei ac beniuolentiae exempla relatum hoc sit a ueteribus. cō/ posuit per multa opera uario & multiplici carmine. Nam praeter celeberrimos libros annalium. Satyras etiam Comediasq; & Tragedias scripsit Annales eius. Q. Vargunteius inter antiquos grammaticos nobilis magna celebritate certis diebus exposuit. Octauius quoq; Lapidio eodem libros diligentissime emendauit: ut in ueterum cōmentariis ad notatum est. Duodecimū annalē addidit/ cum septimū & sexagesimū annalē ageret: ut est auctor. M. Varro. Satyrarum libros scripsit quadratis uersibus: qui in magno precio habiti sunt. Citatur praeterea Enni<sup>9</sup> in his fabulis. hoc est in Thelepho/ in Ambracia/ Eumenidibus/ Alceone/ Andromacha/ Thieste/ Medea quam ex Euripide in latinū conuertit. Itē in Phenice/ in Telamone/ Hecuba/ in Ilectoris Iustris/ Achille Aristarchi/ & Pachtastis/ in Epicharmo/ in Cresphonte. Idem in latinum sermonez transtulit Poetam Euhemerum/ qui de Diis graeca oratione libros composuit: ut Cicero & alii ueteres testantur. T. Lucretius eundem Enni<sup>9</sup> refert/ primum fuisse apud latinos/ qui coronam sibi ex Helicone asumpsit. quo loco Pythagorae sniam repetit de anima Metamorphosi. Ennius/ ut noster cecinit/ qui primus amano Detulit ex helicone per Enni fronde coronam.

Volup

Ennius Scipioni Africano amicissimus

Annales omni

Varro

Satyrarum libri

Euhemerū transtulit Ennius

Cicero

Lucreti<sup>9</sup>

A ii



Per gentes Italas hominum: quæ clara clueret.

Silius Italicus centurionem fuisse Ennium tradit in bello contra panos: ac prout  
fenti animo rem gessisse: ut in his uersibus declaratur.

Nota parum magni longo tradantur in auro  
Facta uiri. & meritum uati sacremus honorem.  
Ennius antiqua Massapi ab origine Regis.  
Miscebat primas acies: latiaq; superbum  
Vitis adornabat dextram decus: hispida tellus  
Miserunt Calabri. Rhodia genuere uetusta:  
Nunc Rhodia solo memorabile nomen alumno  
Is prima in pugna uates: ut trahacius olim  
In festam bello quateret: cum Cynthius argo:  
Spicula deposito rhodopeia pectore torfit.  
Spectandum se se: non parua strage uirorum.  
Fecerat: & dextra gliscibat cadibus ardor.

Quintilianus Poetam Ennium summopere commendat: pari que ueneratione  
colendum atq; adorandum statuit: quæ sacros uetustate lucos. in quibus  
grandia & antiqua robora non tantam habent speciem: quantum religionem  
uixit ad extremam senectutem. cumque morbo articulari teneretur. Eo in  
grauescente septuagenario maior infata concessit. Sepultusque traditus una  
in monumento. Cn. Scipionis uia appia intra primum ab urbe miliarium. ne  
que defunctus: qui dicat ipsius Ennii ossa ex Ianiculo fuisse in patriam translata.  
Fuit alter Ennius paulo posterior in officio artis grammaticæ nobilis. quæ de  
metris scripsit. deque augurandi disciplina libros reliquit: sed hoc dicemus  
comodius. nunc illud carmen uulgatum adiciemus de Poeta Ennio. quod  
equidem subdubitassem ab eo fuisse compositum: nisi. M. Cicero pluribus  
locis ab ipso Ennio editum affirmaret.

Aspicite uos ciues senis Ennii imaginis umam.

Hic uestrum pinxit maxima facta patrum.

Nemo me lacrimis decoret: nec funera fletu: saxit

Exit: cur uolito uiuus per ora uirum:

.M. Plautus.

.M. Plautus patria Sarsinas fuit ex umbria. quod ipse de se in sinu  
at in fabula Mostellaria. & alii ueteres tradunt. Constat eum his tem  
poribus Romæ uixisse: atque in scena præstitisse: quibus in ciuitate  
Pub. Scipio. Fuluius nobilior: & .M. Cato excellentes habiti sunt. Ingenio  
perurbano fuit: & maxime festiuo. quod cum alia multa indicat. tum Co  
mediæ ipsius plenæ iocunditatis ac leporum. Relata sunt ab. A. Gellio com  
plura in atticis noctibus de eruditione: & fabulis Plautinis ex auctoritate.

Gellius

M. Varro: qui Plautum ait. Cum erogasset omnem pecuniam in scenicis orna  
mentis ad summam paupertatem fuisse redactum. Ea que ratione in urbem re  
diisse: & operam pistori locasse ad uictum compandum his molis circumagen  
dis: quas trufatiles uocant. Hieronymus manuales appellauit. Et cum alii  
quoadiu in pistrino uersaretur. Ibidem fabulas aliquot dicitur composuisse  
ut Saturionem & Addictum. M. Varro in libro de Plautinis comediis uer  
ba hæc posuit: quæ ad scribenda existimauit: ut a Gellio est obseruatum. Fe  
runtur sub Plauti nomine Comediæ circiter. C. & .xxx. Sed homo erudi  
tissimus Lælius. xxv. duxat illius esse censuit. neque dubium est quin ista  
etiam: quæ a Plauto scripta non sunt: ueterum poetarum fuerint: ut. M. Accii  
C. Plautii. a quo dictæ sunt Plautianæ fabulæ: non Plautinæ. Caterum cum.  
xxv. a ueteribus connumerentur. M. Plauti comediæ. Sciendum est præter il  
las. xx. (quæ a nostris grammaticis consensu omnium pro Plautinis habentur)  
tris a Gellio nominari. hoc est Boethiam: Neruulariã: Fretum: Varro &  
Sex Pompeius alias plures nuncupant: ut Artemonem: Friuolariã: Phago  
nem: Celtrionem atque Astrabã. easque inter Plautinas referunt. De Astraba ta  
men Gellius & Nonius dubitarunt. In fabulis suis secutus est græcos aucto  
res: maxime Demophilum: Philemonem: & Epicharmum Siculum: ut Horatius  
Flaccus testatur. tantumque scribendi elegantia & salibus uisus est præsti  
tisse: ut Epius Stolo affirmare non dubitauerit: Musas ipsas Plautino ser  
mone fuisse locuturas: si latine loqui uoluissent. quod a Fabio Quintiliano  
referunt. Quo circa Gellius censor optimus omnium scriptorum appellat eum  
dem Plautum parentem ac principem in omni latina elegantia. Vulcatius se  
digitus: cum de ordine comicorum scribit post Cecilium collocauit Plau  
tum: caterisque omnibus prætulit: nomen Plauti deductum est a planitie pe  
dum (ut est auctor Sex Pompeius. prius enim. M. Plotus dicebatur. hinc ser  
miplotia calciamenta dicta sunt. quibus in uenationibus uteretur: sed hæc  
de re suo loco diximus. obiisse traditur paucis annis post. Q. Ennium olym  
piade centesima. xlv. quantum iacturæ factum sit in eius obitu: testatur est idem  
Poeta his uersibus de se compositis.

Post quæ est morte captus Plautus

Comedia luget: Scena est deserta.

Deinde risus: ludus: locusque & numeri

Innumeri simul omnes collacrimarunt.

.Gn. Nauius.

.Gn. Nauius Poeta comicus illustris est habitus. Campanus fuit:  
ut a Gellio traditur in Atticis noctibus. Vulcatius se digitus post  
Cecilium & Plautum constituit illi tertium locum. neque Licinio tan  
tum. Sed Attilio: Terentio: atque Turpilio præposuit. eo maxime tempore

A iii

Varro

Hieronymus

Varro

Gellius

Plautianæ  
fab. non plau  
tinæ

Gellius

Varro

Sex Pompeius

Gellius

Nonius

Horatius

Quintilianus

Gellius

Sex Pompeius

Gellius





in scena dici praestitisse fabulis ad populū editis: quo. Sp. Carbilus cognomēto Ruga primus Romae de amicorū sentētia diuortiu cū uxore fecit. qd esset sterilis. iurauitq; apud censors uxore se liberū quarendorū causa habere. Traditū est ab antiquis scriptoribus Poetā Neuiū stipendia fecisse bel-  
lis punicis. idq; ipsum testari Neuium eo carmine. quod a se scriptū est de bello punico: qua in re: nec illud est omittendū. quod cū esset unicū uolumen Neuii: Octauius lampadio grāmaticus excellēs diuisit illud in septē libros: ut alibi diligēter exposuimus. Prisci enī grāmatici cōsueuerunt pro iudicio suo atq; eruditione oīm scriptorū opera percēdere. auctoresq; ipsos aut numero eximere: aut in ordinē redigere. scripsit Neuius prater Punicū bellū Comedias ac Tragedias stilo imprimis erudito & graui: ut ueteres testantur. Comedias aliquot exēplo grācorū cōposuit probris: atq; maledicētia plenas. In qbus Romana ciuitatis principes acriter est insectatus: ut qui Metellū consularē uirū: & pu. Scipionē Africanū maledictis suis onerauerit. Sic enim de Scipione.

Etiā: qui res magnas manu saepe gessit gloriose  
Cuius facta uiua nunc uigent. qui apud gentis solus  
Praestat eum suus pater cum pallio una ab amica abduxit.

Hinc factū est: ut Poeta Neuius in uincula coniceret a triuuiris propter immoderatā uerborū petulantia atq; mordacitatē: & cum aliquādiu haberet in custodiis: fabulas aliquot cōposuit. Paulo mox a tribunis plebis e carcere exemptus est ea cōditione: ut delicta illa ac probra dilueret: q; contra Romanos ciues suis fabulis inferuerat. de quo scribunt complura in Atticis cōmentariis: qui de Neuii fabulis agūt: citant illū in Alecte in Aureolo: Lycurgo: Tripholo: Leōte: i Colace: Aegysto: Tereo: & Zenone. Terentius Varro in libris de latina lingua ad. M. Tulliu plures alias pro Neuianis cōmemorat: ut Estionā: Clastidiū: Dolū: Demetriū: Perfas: Lāpadionē: Agedonē: Romulū: Stigmatiā. Ab hoc Neuiio multa mutuata ē Pu. Vergi. sicuti ab Ennio: Lucretio: Pacuuiō & aliis: ut a Macrobio diligēti studio ē obseruātū. Obiisse tradit uticā: cū factioe nobiliū p̄cipueq; Metelli foret ex urbe eiectus: nūc epigrāma illd uulgatū referemus ab ipso Neuiio de se compositū. in quo Campana supbia merito ab antiquis culpata est.

Immortales: mortales: si foret fas flere  
Flerent diuā Camenz Neuium Poetam.  
Itaq; postq; est orci traditus thesauro  
Obliti sunt Romae latina loquier lingua.

De. Q. Nouio: qui attellanarū scriptor fuit: suo loco dicem⁹. ne tā apte decipiant nostri grāmatici: cū Neuiū hūc pro Nouio imperite accipiat.

Grammaticorū error  
circa nomū & Neuiū

.M. Pacuuius.

.M. Pacuui⁹ i scribēdis tragediis nobil: hisdē ferme t̄pib⁹ nat⁹ ē qb⁹ Cato q̄stor⁹: & Metellus. clariores i urbe hntur. Quidā tradūt illū fuisse ex brūdusio Calabriae urbe. nepos fuit. Q. Ennii. qd Eusebi⁹ ac Pli. referūt. Romaeq; uixit i sūma claritate noīs. Cōmendatē maxie illi⁹ in geniū: & natiua qdā facilitas i capiēdis liberalib⁹ disciplinis. neq; defuit illi studiū pingēdi. qd & C. Pli. indicat. q Pacuuii poetae opa i magno honore a ueterib⁹ habita affirmat. eaq; in primis: q in aede herculis foro boario p̄fercit. quo circa clariorē fecit eā artē in urbe pp gloriā scenā. Idē Pacuui⁹ amplū ac sonorū dicēdi gen⁹ secut⁹ ē: ut. M. Varro testatē. Qd si durior alicubi ac p̄pe horrid⁹ habitus ē: id ipm tñ nō uitio illius: s; tēporū ascribit. nā Fabi⁹ Quītilian⁹ apte asserit clarissimū fuisse Pacuuiū grauitate sniarū: uerborū podere: & auctoritate p̄sonarū. in q snia & M. Cicero fuit. q hūc ipm ceteris oibus in Tragedia facile praefert: carmeq; illi⁹ magnope cōmendat. Grāmatici ueteres p multū Pacuuiō cōcesserūt. eiusq; fabulas cōplures enumerat: in qbus nō mediocrē laudē accepit: ut Peribeā: Hermionā: Attilantā: Ilionā: Antiopā: Teucrū & Medeā. Citaē ē in Chryse: in Nypris: in Paulo: in Horestē: in Armorū iudicio. ex qua fabula decātātū carmē traditē cū ludi celebrarent in funere Iulii Caesaris. quo magis cōmiseratio: & inuidia excitaret cōtra suos interfectores. Horati⁹ Flaccus in epistola ad Octauiu Aug. cū de antiq; poetis iudiciū facit: in Pacuuiō doctrinae fama; locauit. Paulo senior fuit. L. Accio: & in hisdē adib⁹ (ut refert. M. Cicero: Pacuui⁹ atq; Accius fabulas docuerūt. Paucis qdē annis interpositis. uixit ad extremā senectutē: & ut seruatū est in latinis annalibus: cum tedio senectutis: ac morbo detineret tarentū se cōtulit. ibiq; p̄pe Nonagenarius obiit. neq; sine maximā iactura studiorū. Quantū modestia uitae: atq; uerecūdia praestiterit testis est hoc carmen. quod idē de se Pacuuius composuit.

Adolescens tam & si properas: hoc te saxum rogat.  
Ut se aspicias: dein: quod scriptum est: legas.  
Hic sunt Poetae Pacuuii Marci sita ossa.  
Hoc te uolebam nescius ne esses. Vale.

Staius Cæcilius.

Staius Cæcilius in Gallia natus est: ut creditur: & ob id Mediolanēsem quidā dixerunt: quod ex annalibus Hieronymi acceperunt. Illud pro certo haberi debet: in urbe Roma eum uixisse: & in scribendis comediis principem locum tenuisse: ut a Vulcatio sedigito scriptū est. qui hunc ipsum Cæciliū: non Terētio tantū: & Plauto. Sed reliquis omnibus Comiciis sine controuersia praeposuit. M. Cicero in eadem sententia est. tantumq; Statio Cæcilio concedit: ut illius quidem carmen: ut constat

Eusebi⁹

Pli⁹

Pli⁹

Varro

Quintili

M. Cicero

Horati⁹

Cicero

Hieronym⁹

Cicero



*Quintili* summis laudibus prosequatur. Fabius Quintilianus (qui in omni antiquitate publicus censor est habitus) tris maxime nominat in describendis comediis. hoc est. M. Plautum. P. Terentium & Statium Cecilium: uixit in summa familiaritate cum Poeta Ennio: ut ab Eusebio refertur. Idem magnopere dilectus est a Terentio: qui tantum illius iudicio tribuit: ut ad Poetam Cecilium: ceu ad optimum censorum suas fabulas referret. Enumerantur supra. xxx. Statii comediae: a grammaticis ueteribus. neque togatas minore studio compositae: quam paliiatas. unde singulari gratiam reportauit: iudicio eruditorum: in precio magno fuerunt: Naucerus: Syracusanus: Paufimachus: Hippobolymeus: Epiclesus: Cratinus: Plocius: Asotus: Ephestion: citantur etiam in subditiuo. In fallacia: in Andria: in Annalibus: in Feneratore: in Venatorio: in Umbris: in Obolo: in Synaristosis. quarum partem a Menandro: Philemone & Apollodoro transtulit. neque defuerunt antiqui grammatici: qui hunc Cecilium accusauerint: quod in uertendis a Menandro fabulis. parum apte aut concinne quaedam transtulerit. Mortuus est sequenti anno post obitum. Q. Ennii: & iuxta Ianiculum sepultus traditur. De Statio rhetore: qui tolosanus fuit suo loco scriptumus.

L. Accius.

L. Accius Poeta inter principes tragediarum scriptores relatus est a ueteribus. Paulo iunior fuit. M. Pacuuius. natus traditur parentibus libertinis: Mancino & Serano Cos: Quidam scribunt fuisse illum relictum inter eos colonos: qui ex urbe ad oppidum Pisaurum concesserunt. ubi fundum suum possedit: qui de suo nomine Accianus est appellatus. Ingenio acri fuit: & in scribendis fabulis miro studio incubuit. Notus est. quantum ei concesserit Decius Brutus uir clarissimus: cum uoluerit Accianis uersibus templorum ac monumentorum aditus exornari. quod a. M. Tullio refertur. Idem Accius cum iter faceret in Asiam. diuertit ad Poetam Pacuuium. qui Terentiagebat. cumque eo dies aliquot uersatus est. & cum Atreus suam illi recitaret. Laudauit eam Pacuuius: & simul grandia inquit & sonora esse: quae ab Accio scripta forent. uideri tamen sibi duriuscula: & subacida. quod Accius quidem minime negauit. nec se inquit pœnitere: quoniam idem ferme ingenio solet accidere. quod pomis. quae enim dura admodum & acerbata nascuntur. paulatim mitia fiunt: atque perfectiora reddunt. quae uicta gignuntur: & mollia: nunquam ad ueram frugem & maturitatem perueniunt. Sic inquit Accius sentiendum est de hominum ingenio. Statuta fuit admodum breui: ut a. C. Plinio refertur: & si imaginem suam collocauit in aede camænarum praegrandi forma. Citantur eiusdem Accii fabulae complures a nostris grammaticis: ut Phenissae: Menalippus: Epigoni: Medea: Alcmeon: Prometheus: Philoctetes: Atreus: Neoptolemus. M. Cicero praecipue noiat Brutum

*Cicero*

*Plinius*

*Cicero*

& argonautas: in qua Tragedia magnopere laudatum est illud carmen de argo: nauis quod admirabundus pastor refert: nos illud subiciemus: ut estimari facilius possit: de ingenio & doctrina Poetae Accii.

Tanta Moles labitur.

Fremebunda ex alto ingenti sonitu: & strepitu.

Preferendas uoluit uertices uisuscat.

Ruit prolipsa pelagus respergit: profluit.

Ita dum interruptum credas nimbium uoluer.

Dum quod sublime uentis expulsum rapier

Saxum: aut procellis uel globosus turbines

Existere ictos undis concursantibus

Nisi quas terrestres pontus strages conciet.

Aut forte triton fuscina uerrens specus

Subter radices penitus undanti in freto:

Molem ex profundo Saxeam ad caelum eruit.

Fuit inter alios & Accius labeo: cuius Iliadem Persius notauit: ceu imperitum opus: & infaniae plenum. Sed alibi dicemus de Accio labeone.

Pub. Terentius.

P. Terentius Poeta comicus cartaginensis patria fuit. Romam perditus traditur: cum in tenera aetate foret: quibus potissimum bellis id acciderit parum compositum est: ut refert Aelius Donatus ex Feneftellae commentariis. illud pro certo constat: eum Romam diligentia Terentii Lucani patroni accurate institutum: atque liberalibus disciplinis eruditum. Cumque facilitate ingenii & elegancia in primis excelleret: breui consecutus est: ut a Terentio patrono esset manumissus. per ea tempora in scena floruit: quibus praecleari atque egregii ciues Romae habitati sunt. M. Marcellus Pub. Scipio. Q. Fabius maximus: neque defunt auctores: qui scribant eundem Terentium maxima familiaritate uixisse. Cum Pub. Scipione: & C. Laelio. saepeque solitum apud nobiliores ciuitatis canitare: qua in re dum placere illis omni operantitur. eorumque commodis inseruire ad summam inopiam traditur redactus. Statium praeterea caecilium: qui scribendis comediis excelluit: magna diligentia obseruauit. eiusque suas fabulas more ueterum recitare consueuit. Comedias vi. composuit. easque ab Apollodoro & Menandro Poetae graecis in sermonem latinum conuertit. tanta sermonis elegantia & proprietate: ut eruditorum iudicio nihil perfectius: aut absolutius in eo scribendi genere habitum sit apud Latinos. Secutus est in his. Q. Ennium. M. Plautum: & Nauium: ut ipse testatur: cum suis calumpniatoribus respondet. Phormionem & Eyrum ab Apollodoro transtulit: reliquas quattuor a Menandro. Aelius Donatus: qui complura diligentissime de hoc Poeta scribit: cum alia multa in eo co-

*Persius*

*Donatus*

*Donatus*



mendat. Tum præcipuum dicit quod in scribendis fabulis ea arte usus est: ut & morem antiquum retinuerit: & ita temperauit affectus ut neq; ad tragicam magnitudinem intumescat: neq; abiciatur ad historicam: quod minime factum est inquit a Plauto/ Afranio/ & cæteris comediarum scriptoribus. *M. Cicero* in epistola ad T. Atticum refert. P. Terentium esse optimum auctorem latinitatis. eiusq; fabulas multos existimasse propter elegantiam sermonis a. C. Lælio scriptas. quam opinionem idem Terentius maxime uideatur confirmasse. quo magis calūpniatores suos in odium traheret. Sic enim refert in Adelphis fabula sub persona prologi.

Quod illi maledictum uehemens existimant.

Eam laudem ducit maximam. cum illis placet.

Qui uobis uniuersis/ & populo placent.

Quorum opera in bello/ in otio/ in negotio

Quisq; tempore usus est sine superbia

*Horati?*

*Horatius Flaccus* ueterum poetarum optimus censor in Cæcilio grauitate: in Terentio artem constituit/ qua inter cæteros comicos mirifice excelluit. quod & *Quintilianus* uidetur sentire in libris ad Marcellum/ Victorium. Sed idem tamen inquit maiorem gratiam habuisset: si intra trimetros constitisset. *Ausonius* quoq; Vergiliū Homero/ Terentium Menandro adiungit. etq; elegantiam latini sermonis præcipue tribuit.

*Quintili*

*Virg*

*Ausonius?*

Tu quoq; qui latium lecto sermone Terenti.

Comis & astricto percurris pulpita focco.

Traditum est illum post editas aliquot Romæ fabulas in gratiam ad nauigasse: quo facilius disciplinas græcorum atq; instituta perciperet. plurimasq; fabulas a Poeta Menandro in latinum conuertisse. quæ facta naufragio perierunt. De obitu illius uaria scribunt auctores. in arcadia obiisse cum alii plures testantur. Tum poeta *Ausonius* ob nimium dolorem amissarum fabularum. quas ipse nauis præmiserat. De forma illius atq; effigie referunt complura ab Aelio donato: quæ eiusdem Comedias magna eruditione interpretatus est. Argumenta illa quæ Terentianis fabulis præponuntur: a Sulpitio Apollinari illustri grammatico composita sunt. quod cum aliis multis argumentis: tum maxime antiquitate Codicum præbentur. in quibus nomen Sulpitii legitur.

*Ausonius?*

*Donatus?*

.C. Lucilius.

.C. Lucilius Satyrarum scriptor hisdem prope temporibus floruit. quibus Poeta Accius Sex. Turpilius & Statius cæcilius in Scæna celebres habitati sunt. ex arunca urbe Ausoniae fuit. quo circa alumnus arunca uocatus est a Iunio Iuuenale. parentes habuit fati nobiles: & ut quidam Grammatici tradunt: fuit auunculus. Gneo. Pompeio. Illud in primis manifestum est/ fuisse Lucilium ingenio acerrimo:

& in scribendis uersibus festiuo & urbano. Amicos habuit. Q. Actam Poetam Comicum Albutium/ Lapatium/ Albinum & C. Persium (qui est appellatus ab antiquis doctissimus) ad quos etiam scribere consueuit. Preter alios omnes. Q. Philocomum familiarissime coluit. Idem Lucilius primus cepit scribere Satyras: maximeq; insectatus est Rutilium Lupum/ Carbonem. L. Tubulum/ & alios plures quorum scelera atq; flagitia ferre æquo animo non poterat. Fuit enim Lucilius optimis moribus & alienæ iniquitatis acerrimus accusator. Satyrarum libros supra. xxx. composuit: uti *Varro* & alii grammatici ostendunt. neq; me præterit. Q. Philocomum & Lælium Archelaum fuisse auctores: ut Lucilii Satyræ in libros referrentur. quod a Suetonio scribitur. Nam grammatici ueteres censoria uirgula utebantur. poetarumq; carmen in libros diuidebant: ut. C. Octauius Neuii opus de bello punico. & Q. Varguntei Ennianos annales. *Horatius Flaccus* Iutulentum uocat Lucilium: & in scribendis carminibus incompositum. qua in re magni auctores ab eo dissentiunt. præcipueq; *Gellius* & *Fab. Quintilianus*: cuius uerba subiciemus. Satyra quidem tota nostra est: in qua primus insignem laudem adeptus est poeta Lucilius/ qui quosdam ita deditos sibi habet amatores: ut eum non eiusdem modo operis auctoribus. Sed omnibus Poetis præferre non dubitent. ego quantum ab illis: tantum ab Horatio dissentio. qui Lucilium fluere Iutulenter: & esse aliquid quod tollere possis: putat. nam eruditio in eo mirabilis: libertasq; & acerbitas: & abunde salis. Hadrianus Imperator eundem Lucilium omnibus Poetis præponebat: qui Satyras scripsissent. Metrophanem seruum habuit: cuius fidem atq; industriam in Satyris comendauit. Mortuus est in urbe Neapolitana eodem prope anno: quo Furius Bibaculus natalem habuit. neq; defunt auctores qui scribant publico funere Lucilium fuisse elatum. Cum annum ætatis sextum: & quadragesimum impleuisset.

Sex. Turpilius.

Sex. Turpilius Poeta comicus ingenio facili fuit: & in fabulis componendis idoneo. quo circa tantum nominis consecutus est in scena ut comedia Turpilianæ magnopere probatae sint a Romanis ciuibus. Inuenio apud ueteres grammaticos hunc Turpilium: summa beniuolentia coniunctum fuisse. Pu. Terentio: & in hisdem ludis utriusq; fabulas aliquam actas. Vulca. Sedigitur septimum locum Turpilio dedit inter comicos Poetas. eumq; Lucio Q. Ennio & Trabeæ præponit. Nonius Marcellus in comentiariis ad filium. xv. Comedias nominat quæ a Turpilio compositæ fuerunt. In quibus legedis atq; obseruandis diligentiam suam atq; studium præbet. Citat in philopatris: in lenis: in demetrio: in betthonibus: in pedis: in epicleris: in canephoris: in trasilione: in demiurgo Ecyra paraterusa & Leucadia. Lyndia quoq; in magno præcio habita est a grammaticis in qua comedatur præcipue hi senarii de officio & ratione uiuedi.

*Varro*

*Horati?*

*Gelli?*

*Quintili*

*Nonius Marce*



Profecto: ut quisq; omnino contētus fuit

Ita fortunatam uitam duxit maxime

Ut Philosophi aiunt isti: quid uis sat est.

Auctores sunt qui referant hunc Turpiliū ad extremam pene ætatem accessisse: & in sinuessana Vrbe periisse hisdem pene temporibus quib⁹ Furius Bibaculus natalem suam habuerit.

Gn. Matius.

Gellius

Gn. Matius mimorum scriptor in magno precio habitus est: quod cum alii plures. Tu, A. Gellius testatur in Acticis cōmentariis. In genio fuit elegāti & facili. In suis autē mimis quos uocauit mimi, ambos: uerba quædam noua & perlepidā posuit: ut grāmatici obseruarūt. Iulianus Rhetor uir multiplici eruditione ornatus per multum delectat⁹ traditur Matianis fabulis. propter natiuū quendam leporem: & mirificam illorum suauitatem: maximeq; hos uersus cōmendabat.

Iam tonsiles tapetes ebrii fuco.

Quos concha purpura imbuens uenenauit.

& item

Sinu amicam reficere frigidam caldo.

Columbatim labra conferens labris.

Quapropter edulcare conuenit uitam

Curasq; acerbis sensibus gubernare.

Idem Matius: ut quidam existimant: cōposuit opus exametris uersibus quod inscriptum est de Iliade. Cuius carmen. M. Varro & alii grāmatici quādoq; citant. Sed hac in re parum consentiunt ueteres auctores. Maurus Terentianus de Poeta Matio facit mētionē: eiusq; mimiambos ut elegantes: & lepidos celebrat. Fuit alter Matius Romanus ciuis: & amicitia Octauii Cæsaris nobilis: qui primus Tonsilia nemora excogitauit.

L. Afranius.

L. Afranius Poeta comicus hisdem ferme tēporib⁹ in Vrbe claruit quibus Poeta Terentius & Sex. Cecilius in seniu uergebant. Vulcatius Sedigitus Afraniū hūc non numerat inter ceteros comicos. operā suam atq; diligētiam posuit in togatis fabulis componendis. Sunt enim togatæ illæ in quibus de rebus Romanis ageretur a toga denominatæ: In his primum locum obtinuit: ut a ueteribus traditur. Menandri Poetæ precipue imitatus est: stilo & orationis caractere: quo circa sic Horatius in Epistola ad Octauium Aug:

Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro.

Furius Albinus & Macrobius asserunt Afranium ipsū per multa a Menandro sumpsisse: quod ille etiā libere atq; ingenue professus est: ut om

Edulcare conuenit  
uitam curasq; acer  
bas sensibus gubernare

Varro

Terentian⁹

Togatæ fabulæ

Horati⁹

Macrobi⁹

nibus aperte demonstrant: q̄ modestus: atq; ingenuus foret. itaq; in compitalibus ita respondet suis obtrectatoribus.

Fateor sumpsit non a Menandro modo.

Sed ut quisq; habuit: quod conueniret mihi.

Quod meum posse melius facere credidi.

Cumq; ingenio ac salibus excelleret: sententias passim: & acute dicta: inferebat suis fabulis: non sine summa elegantia: & mirifica uenustate. qd̄ cum alii multi: tum M. Cicero testatus est. Culpatur a Quintiliano Afranius: quod in suis argumentis amores proprios Paulo impudentius uulgauerit. In togatis inquit excellit Afranius. utinamq; non inquinasset argumenta puerorū fedis amoribus mores suos fassus. A. Gellius per multum Afranio tribuit: præcipueq; illud carmen putauit cōmendandum: in quo de sapientia sic loquitur.

Vsus me genuit: mater peperit memoria

Sophiam me grai uocant: uos sapientiam.

Citatur idē Afranius per sepe ab antiquis grāmaticis: in Augure: in Cōsobriniis: in Cinerario: in Cōpitalibus: in Brūdusinis: in Fratrib⁹: in Homine: in Incēdio: in Emācipato: in Prodito: in Patella: in Rosa: in suspecta: in sella: in Talione de obitu ipsius nihil apud ueteres legimus.

Fabius Dorfenus.

Abius Dorfenus inter Comicos poetas relatus est ab antiquis auctoribus. Vulcatius Sedigitus (qui de poetis scripsit) minime hūc nominat. quo circa uerisimile est. minus nobilem fuisse habitum.

Horatius in epistola ad Cæsare Augustū: cui⁹ de comedia differit: de Plautus: & Dorfenno agit: eorumq; fabulas satis celebres in scanis demonstrat.

Sic enim de Dorfenno:

Quantus enim Dorfenus edacibus in parasitis

Quam non astricto percurrat pulpita focco

Cestit enim nummum in loculos demittere posthac

Securus cadat: an recto stet fabula talo.

Idem Dorfenus a Plinio cōmendatur in comedia acharistione: quo loco uersiculos eius affert. Festus quoq; Pompeius Afranium & Dorfennum poetas citat: cui⁹ de temeto loquitur. & hunc senariū lepidissimū Dorfeni repetit.

Sequimini præminacia. sequimini temeti timor.

Hic est ille Fabius Dorfenus (quantū existimare possumus) In cui⁹ monumento carnē hoc legebatur: ut ab Anneo Seneca relatum est.

Hospes resiste: & philosophiam Dorfeni lege

In nummis præterea uetusti æris ita legitur DORSEN. P. cū effigie barba

B

Cicero

Quintilian⁹

Gellius

Horati⁹

Plini⁹

Festus

Seneca



ta: ut Prisci illi Romani fuerunt.

.M. Attilius.

Cicero

Quintili

Cicero

Suetonij lora

.M. Attilius in scribendis tragediis nobilis habitus est: iudicio ueterum .M. Cicero sic eum nominat: ut Poetam durissimū: cui scribit ad Pomponiū Atticum. Fabius Quintilian<sup>9</sup> Pacuuiū & Acciū enumerauit: qui in tragedia excellissent: de Attilio omisit. Constat hunc secutum fuisse Poetam Sophoclem: & aliquot fabulas in Latinum conuertisse. in quibus duriorem se praestitit: ob eamque rationem a Licinio: scriptor ferreus uocatus est: ut testatur .M. Cicero. quo loco de Electra illius fabula meminit in libris de finibus. Relatum praeterea est. In ludis .C. Caesaris: quaedam fuisse cantata ad miserationē illius caedis contra interfectores: & ex Pacuuiō in armorum iudicio: & ex Attilio in Electra. Et si apud Suetoniū grammatici nostri decepti sunt: cum paulo imprudētius Accius pro Attilio scripserint. Vulcatius sedigitus Attilium Poetam refert inter Comicos nobiles. cumque post Nauium & Liciniū collocat. quidam existimarunt eundē esse: mihi parum adhuc compertū est. in tanta rerum obscuritate: de obitu & moribus illius nihil aliud legimus in ueterum monumentis.

.Q. Trabeas.

Cicero

Sex. Po

Cicero

.Q. Trabeas comediae auctor: in ordine Comicorum relatus est a Vulcatio sedigitō. Locum octauū obtinuit post Terentiū: & Turpilium: de quibus comode diximus. metio de hoc Trabea fit a ueteribus grammaticis: quae saepe citant eius fabulas. .M. Cicero minime dubitauit commendare eundem Trabeam. carmēque illius locis multis referre. Sunt qui credant: in scribendis togatis praestitisse. quod & Sex. Pompeius demonstrat. Laudantur a .M. Tullio hi uersus Trabeae. In quibus credulitas amat: ac nimia gestientis animi letitia lepide & eleganter describitur.

Lana delinita argēto: nutum obseruabit meum  
Quid uelim: quid studeam: adueniens digito impellam ianuam  
Fores patebunt: de improviso Chrisis ubi me aspexerit  
Alacris obuiam mihi ueniet: complexum exoptans meum.  
Mibi se dedit: fortunam ipsam: anteibo fortunis meis.

Ex his colligitur: quantū salis: atque urbanitatis in Poeta Trabea fuerit.

.G. Aquilius.

Varro

Varro

.Gn. Aquilius in scribendis comediis non ignobilis habitus est: ut testatur .M. Varro. Vulcatius sedigitus nullā mentionē de hoc Aquilio fecit: in his uersibus: qui de Comicis Poetis leguntur. quo circa existimandū est: illius fabulas: non fuisse in magno admodū precio. Relatum est ab antiquis grammaticis: Comedias aliquot Plauti: falso inscriptas Aquilio: sicuti Boethia: de qua idē Varro parū constanter differuit: si Gel-

lii cōmentarios paulo diligentius legamus. Illud affirmatur de Aquilio: eum plerasque fabulas a Menandro Poeta transfuisse. quod & Pu. Terenti<sup>9</sup> & Sex. Cecilius factitarunt. De .C. Aquilio diximus alibi: qui iuris peritus fuit. ac formulas de dolo malo protulit: in quibus de simulatione: & dissimulatione ageretur.

.C. Licinius Imbex.

.C. Licinius Imbex inter eos Poetas refertur: qui Comedias scripserunt: Vulcatius sedigitus (cum de Comicis scriptoribus iudicium facit) Licinio multum tribuit. eumque non Attilio tantū & Ennio praeposuit. Sed Turpilio atque Terentio. grammatici ueteres citant aliquot Licinii comedias: ut Nauiam & Naeram. de qua Gellius in Atticis noctibus scribit. quo loco de comprecationibus deorum differit. afferuntur hi uersus ex Naera Licinii.

Nolo ego Naeram te uocent: sed Nerienem

Cum quidem marti es in connubium data.

Sex. quoque Pompeius ita Licinium nominat: ut Poetae maxime lepidū: atque urbanum. Haec sunt fere: quae apud ueteres de Poeta Licinio obseruauimus.

.Q. Nouius.

.Q. Nouius attellanarum scriptor illustris est habitus. grammatici ueteres: cum de ipsius ingenio & doctrina differunt: per multū illi concedunt. Aurelius Macrobius probatissimū Poetam hunc uocat inter eos auctores: qui Attellanas fabulas adiderunt. qua in re post Nouium inquit Pomponius atque Mōmius praclari habentur. Scripsit Nouius complures Comedias: in quibus magnopere probauit ingenium suū: atque urbanitatem. Citatur maxime in his fabulis hoc est: In Fullonico: in Exodio in Virgine pragnante: in Pedio: in Dotata: in Gallinaria: in Geminis: in Partu. de quibus multa leguntur in cōmentariis Nonii Marcelli. & si pro Nouio quandoque Gn. Nauium temere scriptū est. Haec sunt quae de Poeta Nouio adnotauimus. de obitu illius: nihil apud antiquos auctores legimus.

B ii

Gelli<sup>9</sup>

Sex. po.

Marro

Nomi<sup>9</sup>

Nomij lora



PETRI CRINITI PRAEFATIO LIBRI SE-  
CVNDI DE POETIS LATINIS AD  
COSMVM PACCIVM PONT.  
ARRETIVM.

In priore libro Cosme Pontifex Arretine eos Poetas com-  
plexi sumus: qui rudi adhuc Roma. populo: & armis oc-  
cupato magna diligentia conati sunt ciues suos instruere:  
fabulisq; aditis illorum ingenia delectare. Nam ciuitas ip-  
sa Imperio aucto & rebus prospere gestis incredibile dictu  
est: quã breui tempore in omni studiorũ genere profecer-  
rit. adeo ualet humanum ingenium in præclaris etiam institutis: ubi illud  
ualde intenderis. In hoc libro eos relaturi sumus: qui plura indies ac melio-  
ra scripserunt apud Latinos. accedemusq; ad ætatem Pub. Vergilii: ne quid  
desiderari ab aliquo possit in opere instituto percensendi ueteres Poetas. mi-  
hi enim diligenter intuenti studia hæc nostra: & antiquorum disciplinas ani-  
mo repetenti necessarium præcipue uidetur: ea in re maxime laborem pone-  
re: qua me ipsum instruere possim: & aliorum præterea ingenia excitare.  
his præsertim temporibus: quibus paucissimi omnino reperiuntur. qui in-  
tenti admodũ sunt in hoc egregio ac liberali officio litterarum. Tu uero ita  
accurate ac diligenter (ut uideo) aduigilas ut unus propemodum in ciuitate  
nostra habearis. qui sollerti animo consistas in præsidio bonarum litte-  
rarum. putessq; in tantis Italiae fluctuantis periculis minime deserendum ti-  
bi tam insigne atq; optimum institutũ. quo possis familiam tuã exemplis  
illustribus ornare. ac perpetuis tuarum uigiliarũ monumentis immortalẽ  
statuere. Sed alias de re hac agetur cõmodius. Interim accedemus ad. T. Lu-  
cretium. qui de rerum natura primus apud Latinos diligenter atq; erudite  
carmen composuit.

T. Lucretius Charus.

T. Lucretius Charus ex Lucretiorum familia natus creditur. quæ  
Romæ insignis: & peruetusta habita est. paulo antiquior fuit Ter-  
rentio Varrone. & M. Tullio: ut quidam scripserunt. quod è ob-  
seruatum diligenter. quoniã in his Annalibus (quos a Græcis habemus) cõ-  
plura falso exposita sunt. contraq; rationẽ temporum peruerse signata. In-  
genio summo traditur fuisse: & in scribendis carminibus maxime excitato  
solebat enim per interualla temporum ad carmen accedere non sine quo-  
dam animi furore: ut ueteres auctores ostendunt. hinc illud Statii.

Statius

Quintilia

Et docti furor arduus Lucreti.

Fabius Quintilianus (cum de latinis Poetis differit) Aemilium Macrũ:

& T. Lucretium præstare elegantia testatur. Sed ipsius Lucretii camẽ mul-  
tum difficultatis retinere: quæ res non modo propter ipsam materiam illi  
contigit. Sed etiam propter egestatem linguæ: & rerum nouitatem: ut ille  
inquit. Scripsit libros sex de rerum natura. in quibus Epicuri doctrinam &  
Empedoclem Poetam secutus est. cuius carmen atq; ingenium uehemẽter ad-  
miratur. neq; defunt qui scribãt: Fuisse Lucretii opus. A. M. Tullio emẽ-  
datum. quo circa uerisimile est: propter importunum obitũ ab eo imperfe-  
ctum atq; inemendatum relictum. Q. frater plurimum Lucretii uersibus  
cõcessit: & in eius opere multũ esse artis: atq; ingenii refert. neq; mirari opor-  
tet. Si Lucretii uersus duriores interdum uidetur & quasi orationi solutæ  
similes. fuit hoc proprium illis temporibus: ut optime testatur apud Ma-  
crobiũ Furius Albinus. Cuius uerba hæc sunt. nemo debet antiquiores  
Poetas ea ratione uiliores putare. quod eorum uersus nobis scabri uidentur.  
Ille enim stilus maxime tum placebat. diuq; laborauit ætas secuta: ut ma-  
gis huic molliori stilo acquiesceret. Itaq; minime defuerunt Impantibus et  
Vespasianis. qui Lucretium pro Vergilio: & Luciliũ pro Horatio lege-  
rent. Idem Lucretius misit suũ opus ad. C. Memmiũ. L. Memmii filium.  
qui a deuicta Achaia cognomen accepit: & urbem Corinthũ diruit. signis  
q; ac tabulis spoliavit. non me præterit alios in hoc dissentire. Sed hi quidẽ  
dum parum diligenter temporum rationẽ obseruant. facile refelli possunt  
Pub. Vergilius non modo uerba aliquot accepit ex poematis Lucretii. Sed  
locos pene integros ab eo transtulit. quod & grãmatici ueteres accurate no-  
tarunt. de hoc autem Lucretii opere illud a Pub. Ouidio scribitur.

Carmina sublimis tum sunt pentura Lucreti

Exitio terras cum dabit una dies.

Periit ætate integra: cum paucos annos supra. xl. impleuisset. Eusebius  
tradit: tanto cum furore percitum fuisse assumpto amatorio poculo: ut  
propria manu se interfecerit: quo tempore (ut quidam testantur) Pu. Ver-  
gilius uirilem togam assumpsit. Gn. Pompeio & M. Licinio Crasso ite-  
rum Cos. Inter alios ueteres nominatur Lucretius Poeta Comicus: ut a  
Fulgentio relatum est in cõmentario de priscis uerbis.

L. Pomponius Bononiensis.

L. Pomponius Atellanarum scriptor. hisdem ferme temporibus  
in urbe præstitit: quibus Laberius: Publius: & Iulius Calidius: ut  
in latinis Annalibus relatum est. Eusebius & alii Bononienses: hũc  
faciunt. ingenio perurbano dicitur fuisse: & in notandis hominum mori-  
bus maxime festiuo. Sunt enim Atellanæ fabulæ ab Atella urbe appellatæ  
In quibus Poetæ ueteres solebant uarios iocos atq; sales uernili quadã di-

B 3

Macrobi?

Ouidi?

Eusebi?

Fulgenti?

Eusebi?



Cicero  
Seneca  
Nonius

caitate admittere. De his Pomponii Atellanis, M. Cicero: & Anneus Seneca pluribus locis meminerunt. Ingeniumq; Pomponii uehementer commendant. Nonius Marcellus magna diligentia obseruauit has Pomponii fabulas, quod ipsum colligitur ex illius commentariis in quibus supra triginta eius Comedias nominat. Citatur Pomponius saepe ab antiquis grammaticis: in Aleonibus: in Prostibulo: in Pannuceatis: in Nuptiis: in Porcariis: in Priuigno: in Piscatoribus: in Ergastulo: in Patruo: in Asina: in Rustico: in Dotata: in Decuma Fullonis: in Precone posteriore: in Buccone: in Macchis Geminis: in Verre egrotos: in Pistore: in Syris: in Medico: in Maiali in Sarculario: in Augure: in Petitore: in Annulo posteriore: in Præfecto: in Arista: in Hirnea: in Porcetra. Itidem in Marsupio: in Aeditumo: in Auctorato: in Satyra: & in Gallis transalpinis. Gellius præterea: & Priscianus de Atellanis Pomponii saepe agunt, pluresq; uersiculos afferunt: ex quibus intelligi potest, quatum præstitit: gratia & salibus. De Pomponio secundo (qui fuit scriptor Tragediarum: & clarissimus ciuis) suo loco dicemus.

Gellius  
Priscianus

Decius Laberius.

Decius Laberius eques Romanus fuit: & in secunda dignitate: quam diu uixit se continuit. Studium atq; operam posuit in scribendis mimis: qua in re non mediocrem laudem consecutus est iudicio.

Cicero

M. Tullii: & aliorum, moribus præclaris: & ingenio urbano fuit. libertate tanta in accusandis uitiis: ut libertatis nomen excederet. quo nomine. C. Caesar magnopere commotus est: neq; predicare destitit acceptiores sibi esse Publii mimos quam Laberii. Traditum est a Sulpitio Apollinare: & Gellio in Atticis commentariis Laberium ipsum in suis fabulis quampiam potuisse paulo duriora: ac minus latina: & ob id a quibusdam Criticis in ordinem coactum. Ssd Macrobius & Anneus Seneca Plurimum Laberio concedunt, quod in suis mimis non minus sententiarum: quam lepidatis foret. quod ipsum testari possent ea carmina: quæ a nostris grammaticis referuntur. Nonius Marcellus & alii ueteres maxima diligentia Poetam Laberium obseruarunt. Eumq; citant sæpissime in his mimis hoc est: in Virgine: in Gemellis: in Necromantia: in Compitalibus: in Lacu Auerano: in Aquis calidis: in Compitalibus: in Coloratore: in Catulario: in Sororibus: in Tusco: in Cropio: in Nuptiis: in Gallis: in Cacomenone: in Saturnalibus: in Alexandrea: in Ephebo. Idem Laberius mimos suos agit in maxima celebritate: donatusq; est amplissimis præmiis. ac iure sedendi in quattuordecim gradus. Proindeq; factus nobilior aucta dignitate rogatus

Sulp. Ap.

Gellius

Macrobius

Seneca

Nonius

In Ordine cogit

tus est a. C. Casare: & perhumaniter inuitatus: ut in scenam prodire uellet: & mimos ipse agere. quos tum assidue componebat: qua in re Laberius necessario se coactum respondit: nihil tanto uiro denegare. cui & ipsi dii omnia tribuissent. Sed hoc iudicari melius poterit ex ipsis Laberii uersibus, quos in fabula prologo inseruit. nos hoc loco illos adiciemus: ut facilius extimari possit: quantum iactura fecimus in Laberianis mimis.

Necessitas: cuius cursus transuerti impetum  
Voluerunt multi effugere: pauci potuerunt.

Quo me detrusit pene extremis sensibus  
Quem nulla ambitio: nulla unq; largitio  
Nullus timor: uis nulla, nulla auctoritas

Mnuere potuit in iuuenta de statu  
Ecce in senecta ut facile labefecit loco  
Viri excellentis mente clemente edita

Summissa placide blandiloquens oratio.  
Etenim ipsi dii negare: cui nil potuerunt  
Hominem me negare quis posset pati.

Ergo bis trigenis annis actis sine nota  
Eques Romanus Lare egressus meo: domum  
Reuertar mimus. nimirum hoc die

Vno plus uixi mihi: q̄ uiuendum fuit.  
Fortuna immoderata in bono atq; in malo  
Si tibi erat libitum litterarum laudibus

Floris cacumen nostræ famæ frangere.  
Cur cum uigebam membris præuiridantibus  
Satis facere populo: & tali cum poteram uiro

Non flexibilem me concuruasti: ut carperes  
Nunc me deicis. quo quid ad scenam affero.  
Decorem formæ. an dignitatem corporis.

Animi uirtutem: an uocis iocunda sonum  
Vt hedera serpens uires arboreas necat  
Ita uetustas amplexu annorum necat

Spulchris similis nihil nisi nomen retineo.  
Qui uersus a Laberio ipso sub persona Syri pronuntiati sunt. Cumq; inter agendum quasi casus ab hero. exclamaret: iniecit hunc Senarium.

Porro Quirites libertatem perdidimus.

Et paulo post adiecit  
Necesse est: multos timeat: que multi timent.



In quo notari Cæsarem populus Roma existimauit coniectis in eum oculis. hinc Cæsar palmam transfudit ad Poetam Publium. qui in eadem scæna mimum agebat. Laberium uero donauit annulo aureo: quingentis. HS. additis. Tum Laberius perspecto ingenio Cæsaris in sequenti commisso interiecit hos uersus.

Non possunt primi esse omnes omni tempore

Summum ad gradum cum claritatis Veneris

Consistes ægre: citiusq; q̄ ascendis decidas.

Cæcidi ego: cadet qui sequitur: laus est publica.

Ad extremam senectutem accessit: corpore ualido: & sensibus integris. deobitu nihil hæcenus legimus.

.Q. Catulus.

.Q. Catulus ex catulorum familia illustratus: ingenio præclaro fuit: & ad carmen faciendum mire accomodato. Dilectus maxime est a. C. Cotta: & L. Crasso propter elegantiam ingenii: & morum suauitatem. Idem Catulus tam uenuste atq; egregie lusit epigrammata: ut ab antiquis auctoribus relatum sit: nihil apud Latinos aut Græcos legi posse mundius pressius: aut uenustius. Q. Catuli epigrammatis. Traditum est fuisse illum facili animo & procliu ad amores ac delicias. Itaq; Roscium Gallum præcipue dilexit: qui tum adolescens eleganti forma: & indole optima florebat. Et si oculos peruersos habuit: ut. M. Cicero: & Diomedes grammaticus testantur. Epigramma. Q. Catuli celebratus est a. M.

Cicero

Diomedes

Tullio de forma Roscii: quod apponemus.

Constiteram exorientem auroram forte salutans

Cum subito a læua Roscius exoritur.

Pace mihi liceat cælestes dicere uestra

Mortalis uisus pulchrior esse Deo.

Laudatur & illud maximis laudibus: quod ad Theotimum scribit: ut

relatum est in commentariis Atticis:

Aufugit mi animus: credo ut solet ad Theotimum

Deuenit: sic est: perfugium illud habet.

Quid si non interdissim: ne illum fugitiuum

Mitteret ad se intro: sed magis eiceret.

Ibimus quæsitum: utrum ne ipsi teneamur.

Formido: quid agam: da Venus consilium

Hic est ille. Q. Catulus. qui cū Mario cōsule familiariter uixit: & a. M.

Tullio magnopere laudatus est. quod Archiam Licinium: & amare: & probare posset de. Q. Catulo uiro censorio (qui dedicauit capitolium) dicitur a nobis commodius.

.Q. Atta.

.Q. Atta togatarum scriptor habitus est: & in his componendis magnopere a quibusdam cōmendatur. Sunt qui referant eundem Romæ uersatum his temporibus fuisse: quibus Pomponius Bononiensis in scæna floruit: & Plotius Gallus in tradendis præceptis rhetorices præstitit. Horatius flaccus in ea epistola (qua loquitur de latinis Poetis) uideat Attæ fabulas notare. indignasq; existimare: ut a Romanis ciuibus tanto studio. atq; attentione audirentur.

Recte nec ne crocum: floresq; perambulet Attæ

Fabula: si dubitê: clament periisse pudorem

Cuncti pene patres: ea cum reprobare coner:

Quæ grauis Aesopus. quæ doctus Roscius ægit.

Citantur sæpe a latinis grāmaticis comediæ. Q. Attæ. quo circa uerissimi le est in magno precio illas fuisse habitas. Gellius quidem & alii citant eum in Cōciliatore: in Aedilibus: in Tyrone proficiscente. traditum est cognomen Attæ illis esse impositum: qui eo uitio pedum laborant: ut uideantur magis inuti plantis: q̄ libere ambulare. Isidorus nominat Attam in Sa tyris. quo loco de cæreis & graphiis differit. Sed parum mihi cōpertum: an ad hunc ipsum referri oporteat. Seruatū est in latinis annalibus Attam Romæ periisse. & in uia prænestina sepultum. secūdo ab urbe miliario.

Publius Syrus.

Publius natione Syrus in scribendis mimis operam posuit. ac in magno precio his temporibus habitus est. quibus. M. Cicero: & Nigidius Figulus perierunt: ut in latinis annalibus notatum. Idem Publius (ut scribit Macrobius) cum puer deduceretur ad patronum domini facile illum promeruit: cum gratia & decore formæ. tum salibus atq; ingenio. quibus rationibus factum est: ut a domino manumissus esset: & maiori diligentia: quam antea disciplinis liberalibus eruditus. breuiq; tantū profecit: ut in fabulis componendis magnam nominis celebritatem si adoptat referuntur ab Auieno dicteria quædam Publii: in quibus mira festiuitas. atq; incredibilis comitas apparet. Iulius Cæsar palam professus est sibi acceptiores fuisse Publii mimos: q̄ Laberii pp sniarū grauitatē atq; singularē elegantiam. quo circa platus illi ē. & i scæna uictor pñuciat. Cassi quoq; Seueri tantū cōcedebat Publii mimis: ut ei carmē disertissimū uocaret. neq; illud omittēdū ē: qd idē Publii in ludis Cæsaris oēs illos lōge superauit. q carmē i scæna attulerit. i quorū nūero Dec. Laberi fuit. nos hoc loco uersiculos

Cicero

Horati

Gelli

Isidor

Macrobi

Macrobi





## LIBER.

aliquot referemus ex illius mimis: qui ab antiquis auctoribus in summo precio habitus sunt, & perinde accepti: ac sententia quadam ex intimis philosophia adytis. quod ad uitae officia: morumque probitate maxime pertinere uideantur. Tam deest auaritia: quod habet: quam quod non habet.

Defunt luxuriae multa: auaritia omnia  
O uita misero longa: felicibus breuis.  
Pars beneficii est. quod petitur: si belle neget.  
Beneficium dando accepit: qui digno dedit  
Cui plus licet: quam par est. plus uult: quam licet.  
Alienum est omne: quicquid optando uenit:  
Feras: non culpes: quod uitari non potest.  
Furor fit laesa sapientia patientia  
Malum consilium est: quod uitari non potest.  
Nimium altercando ueritas amittitur.  
Nunquam periculum: sine periculo uincitur  
Comes facundus in uia pro uehiculo est  
Heredis fletus sub persona risus est.  
Ita amicum habeas: posse ut hunc fieri inimicum putes.  
Improbe neptunum accusat: qui iterum naufragium facit:  
Veterem ferendo iniuriam inuitas: nouam.

De obitu ipsius Publii nihil apud ueteres legimus.

Portius Licinius.

Ortius Licinius ex liciniorum familia nobili ortus. Vir clarus habitus est. Tu ingenio facili & eleganti: praesertim in componendis epigrammatibus. Iulianus rhetor ( qui Hadriani principis temporibus uixit ) Licinii carmen magnis laudibus extollit: adeo ut hunc ipsum praesferre non dubitauerit Poetis omnibus graecis. quod in Atticis commentariis obseruatum a Gellio est quo loco Val. Aeditui. Q. Catuli & Portii Licinii carmen recensuit. Afferuntur eiusdem Licinii uersus complures a nostris grammaticis: ex quibus probari potest: quam eleganter atque egregie Poetae officium absoluerit. Nos hoc loco adiciemus epigramma illud elegantissimum, in quo suos calores: atque animi astus uenustissime expressit.

Custodes ouium: teneraque propaginis agnum.

Quaritis ignem: ite huc: quaritis: ignis homo est.

Si digito attigero: incendam siluam simul omnem

Omne pecus flamma est: omnia quae uideo.

Sunt qui credant eundem Licinium scripsisse annales octonariis uersibus. Sed hoc non satis mihi copertum est. Illud pro certo haberi debet Macrum Licinium fuisse auctorem annalium Romanorum, de quo dicturi sumus comodius.

## SECUNDVS

Valerius Aedituus.

Alerius Aedituus in scribendis epigrammatis Poeta insignis habitus est: maximeque aptus ad exprimendas ueneres ac delicias. In quo numero a grammaticis nostris relati praecipue sunt. Q. Catulus: Portius Licinius: & Val. Catullus. magnopere commendatur Aedituus ab A. Gellio. tantumque illi carmini concessit: ut affirmare ausus sit: nihil se legisse uel apud graecos Poetas uenustius aut suauius. qui uideri solent ceteris omnibus in hoc genere scribendi gratiores atque elegantiores. Sed est adiciendum carmen Val. Aeditui. quo facilius possint de hoc statuere: qui haec legerint. Sic igitur ad Pamphilam.

Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis

Quid mi abstequeram: membra labris abeunt

Per pectus miserum manat subito mihi sudor

Si tacitus: subidus: duplo ideo pereo.

Neque illud praetermittam ad puerum philerotem. in quo suauior atque ad ignem pfluens apparet.

Quid faculam praefers phileros: qua nil opus nobis

Ibimus: hic lucet pectore flamma fatis:

Istam non potis est uis saeva extinguere uenti.

Aut imber caelo candidus praecipitans:

At contra hunc ignem Veneris: si non Venus ipsa

Nulla est: quae possit uis alia opprimere.

Laudatur idem Aedituus: cuius ab aliis multis. Tu A. M. Varrone. qui eius uersiculos alicubi citauit. de moribus autem & uita ipsius nihil aliud legimus.

C. Valerius. Catullus.

C. Valerius. Catullus Veronae natus est. quo tempore Terentius Varro in urbe claruit. quidam Crispum Salustium Catullo supparem faciunt. a Catulli autem natalibus ad Pub. Vergilium paulominus: quam duodeuiginti anni connumerantur: si quorundam annales sequimur. quando & illud pro comperto habetur: carmen de passere lesbica ad Vergilium fuisse missum.

Sic forsitan tener ausus est Catullus

Magno mittere passerem maroni.

Ceterum non humili loco: aut obscuro nato est: siquidem eius pares auctore Suetonio Iulii Caesaris hospitio familiariter usus est. Val. autem Catullus prior traditur a Mallio Romano deductus: cum adhuc in tenera aetate aegeret. Paulo mox ingenii facilitate & doctrina adeo Romae acceptus atque ciuibus gratus fuit: ut M. Tullii patrocini meruerit: quod ipsum eleganti epigrammate ingenue testatus est. quo gratias Cicero patri suo agit.

Gellius

Gellius

Suetonius



## LIBER.

Differtissime Romuli nepotum  
 Quot sunt: quoque fuere Marce Tulli  
 Quotque post aliis erunt in annis  
 Gratias tibi maximas Catullus  
 Agit pessimus omnium Poeta  
 Tanto pessimus omnium Poeta  
 Quanto tu optimus omnium patronus.

Mallium uero & eius nuptias magno studio celebrauit: cum quo se excusat parum sibi licere ueteres amores (ut antea) decantare: quoniam fratrem amiserit. ex cuius interitu studium inquit suum scribendi carminis se abiecit. Sic enim ad Mallium:

Sed tibi ne mea sint ignota incommoda Malli

Neu me odisse putes hospitis officium;

Accipe quae merfer fortuna fluctibus ipse

Ne amplius a misero dona beata petas.

Tempore quo primum uestis mihi tradita pura est.

Iucundum cum aetas florida uer ageret:

Multa fatis lusi: non est dea nescia nostri.

Quae dulcem curis miscet amariciem

Sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors

Abstulit heu misero frater adempte mihi

Tu mea: tu moriens fregisti comoda frater.

Tecum una tota est nostra sepulta domus.

Inter ceteros amicos Furium & Aurelium magnopere dilexit. Cinnam quoque Cornificium: Fabullum: & Verannium: quem alicubi Veranniolum blanditer appellat: puellam praeterea Ipsitillam ciuem suam: & Clodia; amauit: quae ficto nomine Lesbiam dicit. Sicuti Madaurensis Apulei testatur in oratione ad Claudium maximum. Eruditorum consensu docti cognomen accepit: ita enim peculiari epitheto Catullus censetur. atque hunc quidem Ouidius Vergilianae maiestati opponit. tantum nominis apud eruditos ac laudis est consecutus. Sed & uersus ipsius quamquam ut duriusculi notantur (quod uterque Plinius asserit) tamen perelegantes habiti sunt: ac sectatores complures in his inuenit: sicuti Pompeium Saturninum: & Sentiū Augurem: qui Catulli epigrammata: ac Licinii mira diligentia ac studio sunt emulati: ut alias diximus. Val. Martialis Catullum sibi ipsi audacter praeponebat. Sic enim ad Macrum:

Nec multos mihi praeferas Poetas

Vno sed tibi sum minor Catullo:

Opus suum ad Cor: Nepotem misit: uirum doctrina & rerum cognitio

Apulei?

Ouidi?

Plini?

Martialis

## SECUNDVS

ne egregium. diuiditur autem in libros tres. ut Primus Lyricos: Secundus Elegiacos: Tertius Epigrammata contineat. ad hunc enim modum ordinem fere meliorem custodiamus. Elegiam de coma berenices ex Poeta Callimacho in Latinos numeros conuertit. eamque ad Ortalum amicum misit: quae in elegiarum adhuc libro legitur. Ideo Val. Catullus a Fabio Quintiliano & Diomede inter Iambicos reponitur ab aliis inter Lyricos. In Atticis noctibus: ut Poeta elegantissimus ac uenustissimus a Gellio laudatur. neque illud omittendum est: fuisse ab ipso Catullo alia copula composita: quae uicio loquax uetustatis desiderant. C. at Plinius libro historiae naturalis. xxix. ad Caesarem Vespasianum (cum de magia disserit) Amatoriū de incantamentis carmen a Catullo editum refert. Hinc Theocriti inquit apud Graecos: Catulli apud nos. proximeque Vergilii incantamentorum amatoria imitatio. Sed & carmen Ithyphallicum scripsit: ut est optimus testis Maurus Terentianus ad Nouatem. qui hos Catulli uersiculos citat.

Et ferme modus hic datur a plarisque Priapo.

Inter quos cecinit carmen quoque Tale Catullus.

Hunc tibi lucum dedico: confecroque Priape

Nam te praecipue in suis urbibus colit ora

Hellespontiaca ceteris ostreostror oris.

Caesarem maxime Iulium Mamurram & Nonium Strumam Iambicis nominatim prosodit ex ueterum consuetudinem: ut C. Lucullus Iambicorum auctor: Luciliusque & Neuius. qua in re dignum illud memoria est. quod ipse Caesar cum perpetua sibi stigmata (ut ait Suetonius) imposta uideret: ex Catulliano carmine de Mamurra. eadem tamen die Poeta ipsum cenae adhibuit. Simulque hospitio suo non secus atque antea uti eius permisit. Mortuus Romae est iuuenili admodum aetate cum annu circiter. xxx. ageret: ut quidam putarunt. quo tempore P. Vergilius in urbe Cremona studiis operam daret. uulgatum quoque de Val. Catullo illud.

Tantum parua suo debet Verona Catullo

Quantum magna suo Mantua Vergilio

Cor: Licinius Caluus.

Cor: Licinius Caluus in poematis scribendis perelegans habitus est & apud ueteres inter optimos Poetas relatus. Ingenio lepidus & urbano fuit. cumque suauissimis moribus praestaret praecipue dilectus est a Val. Catullo. qui summa familiaritate cum eo uixit. quod ex Catulli uersibus facile possumus colligere. dicitur fuisse breui statura: & exiguo corpore. quo circa Sollopichius est appellatus a Catullo: ut apud Anneum Senecam copiose exponitur. Idem Caluus puellam Quintiliam amore incredibili dilexit. cuius interitum quae molesto animo ferret testatus est scriptis car-

ergo apud uirgilium legendum in Priapeis raptam Cyzicos ostreosa diuina

Quintili  
 Diomedes

Plini?

Theocriti

Terentian?

Sueton?

Seneca



minibus de obitu illius.

Hoc etiam docti confessa est pagina Calui

Cum caneret misera funera Quintilia.

eruditionem Calui atq; elegantiam in componendis uersibus præcipue commendauit Sentius Poeta: & M. Cicero: qui refert eum in scribendis Iambicis præstitisse. in his enim minime dubitauit principes etiã ciuitatis acerrime infectari: ut. C. Cæsarem & Pompeium. fuisse eundem oratorem: ostendunt Fabius Quintilianus: & Anneus Seneca: qui Caluū hunc tradunt habuisse diu iniquissimam litem cū. M. Cicerone de principatu eloqueriã. & contra Vatiniū in eo accusando uolentū se atq; acerrimū præstitisse. an fuerit alter Caluus orator cōmodius differemus: cum probatissimi auctores in hoc uideantur dissentire.

.Q. Cornificius.

.Q. Cornificius per eadem tempora in Poetice floruit. quibus inscribēda historia Sallustius: Luceius: & Gor. Nepos iu urbe præstiterunt. fuit ingenio eleganti & lepidō: atq; in scribendis epigramatis uersatus est. Pub. Ouidius Cornificium hunc nominat inter eos Poetas qui pœmata & amores decantarunt: ut Caluum: Metellum: Cinna: Hortensium: Catullum: Propertium: & alios. Grammatici ueteres: si quando citant uersiculos Cornificii: per multum illis concedunt. Val. Catullus se

pe ad hunc ipsum scribit. qua in re facile demonstrat: quanta familiaritate cum eo uixerit. sororem habuit nomine Cornificiam: ut ab Eusebio relatū est: cuius carmen in magno precio habitum inuenio. idē Cornificius in militia uersatus dicitur. & cum præfecturam cohortium haberet. suosq; milites paulo ignauiores uideret ad subeunda belli discrimina. non destitit eos liberius inirepare: & iocularibus dictis illudere. galeatos lepores appellas quod audito pugnae classico minime gradum seruarent. sed relicto præsidio temere palantes diffugerent. neq; desunt: qui referant: eundem aliquādo destitutum a militibus inter dimicandum occidisse. De Cornificio oratore (qui rethoricos libros composuit) diximus in libris de oratoribus.

.C. Heluius Cinna.

.C. Heluius Cinna in epigrammatis & pœmatis describendis nobilis habitus est. eadem ætate claruit ( ut cōstat ) qua Catullus: Caluus: Hortensius. & Cornificius celebres fuerunt. Commendatur maxime illius ingenium: atq; diligentia in absoluendis carminibus. Inter ceteros amicos Poetam Catullus. & Val. Catonem summa beniuolētia dilexit. qui Lydiam & Dianam composuit. Idem Cinna opus perfecit titulo Smyrnae. in quo nouem annos consumpsit nō sine maxima laude sui nominis. Itaq; L. Crassitius inter ueteres grammaticos excellens illud in

terpratatus est. ac tanta eruditione id effecit: ut uulgo relatum sit.

Vni crassitio se dicit Smyrna probare

Definite indocti coniugio hanc petere

Soli Crassitio: se dixit nubere uelle

Intima cui soli uota sua extiterant.

Fabius Quintilianus magnopere cōmēdauit Cinnae opus: ut magno studio elaboratum: ac diligenti lima perfectum. in qua sententia & Catullus fuit. qui Volusio & Hortensio Poetis Cinnae carmen præponit. Gellius & alii grammatici per sæpe citant Heluii Cinnae pœmata. ex quibus apte colligitur: q̄ falsa sit: atq; inepta illorū opinio. qui scripserunt fuisse hūc Poetam implicatū: & perobscurum. Sunt qui credāt eundem esse q̄ occisus fuerit a plebe Romana pro. Cor. Cinna similitudine nominis decepta. quo tempore celebratum est funus. C. Cæsaris: ac Romana plebs cū facibus ad ædes Bruti & Cassii accessit.

.M. Furius Bibaculus.

.M. Furius cognomine Bibaculus est appellatus. Cremona (ut quidam scribunt) natus est hisdem prope temporibus. quibus Poeta Lucilius & Sex. Turpilius comediarū scriptor perierunt. fuit ingenio summo & in primis perlepidō: adeo: ut de suo quoq; nomine iocatur dicatur. & Bibaculus eram & uocabar. quod est ab eo dictū: imitatioe Poetae Anacreontis. qui neq; proprio nomini pepercit. Idem Furius Bibaculus in carmine Iambico uersatus est. cuius acerbiter tam docte atq; egregie expressit: ut non minorem laudem tulerit q̄ Val. Catullus aut Horatius: ut asserit Fabius Quintilianus. quo circa uerisimile est Messalam Coruinū: p̄ timuisse ingenium & mordacitatem Bibaculi: cum in epistola scripserit. nihil sibi esse cum Poeta Bibaculo.

Amicos habuit Gallum Poetam. & Val. Catonem quorum ingenium ac doctrinā suis endecasyllabis laudat. extant adhuc elegantes uersiculi ad Gallum de uilla Tusculana Catonis. quæ propter æs alienum creditoribus cesserat. nos eos ascribemus. quo melius possit iudicari de Bibaculi ingenio.

Catonis modo Galle Tusculanum

Tota creditor urbe uenditabat

Mirati fumus unicum magistrum

Summum grammaticum: optimum Poetam.

Omnes soluere posse questiones.

Nullum difficile expedire nomen

En Cor Zenodoti: En iecur Cratetis.

Afferuntur & alia complura eiusdem Bibaculi a nostris grammaticis: quibus facile intelligitur: quantum ingenio & elegantiæ præstiterit. hæc sunt:

C z

Cicero

Quintilianus

Seneca

Cicero

Ouidius

Catullus

Eusebius

Politianus in nitetia

Mitto & Coemeteri iustis

Quintilianus

Gellius

Cinna Obscurus

Politianus in nitetia

Spirmusq; bibaculus aff. aci

Quintilianus



quæ legimus apud ueteres de furio Bibaculo.

Pu. Terentius Varro Atacinus.

Pu. Terentius Varro Atacinus hisdem temporibus natus est: quibus. M. Cicero. & Hortensius clari habentur in eloquentia. quidam ob id uocarunt Atacinum. quod oriundus foret ab Atace uico pro uincia Narbonensis: uel ab Atace fluuio: ut alii existimant. ingenio præclaro fuit: & in componendis poematis mirifico studio incubuit. Idem Varro singulari diligentia (ut traditur) græcas litteras didicit. quo facilius posset illorum ingenia atq; doctrinas imitari. scripsit Argonautica secutus Apollonium Rhodium. suumq; opus libris quattuor absoluit. si antiquis auctoribus credimus. Fabius Quintilianus de hoc Varrone sic ad Marcellum scribit. quo loco iudicium facit de Latinis Poetis. Atacinus in his (per quæ nomen est assecutus) interpres operis alieni non spernendus quidem. uerum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Probus. Valerius & alii grammatici celebrant Argonautica Atacini. ac sæpe uersiculos ex illis referunt. scripsit etiam epigrammata: & carmen elegiacum. in quo decantauit puellam nomine Leucadiam quam præcipue dilexit. hinc illud notum.

Quintili

Hæc quoq; perfecto ludebat Iafone Varro

Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.

Illud præterea relatum est ab antiquis auctoribus Pu. Vergilium magno opere delectatum Varronis ingenio: ac illius carmen magno studio imitatum. ci

Priscian

tantur a Prisciano hi uersus in Varronis orthographia.

Ergo inter solis stationem & sidera septem  
Exporrecta iacet tellus huic extima fluctu:  
Oceanus interior neptuni cingitur ora.

.C. Ticida.

.C. Ticida in scribendis epigrammatis claruit his maxime temporibus. quibus Cor. Cinna Val. Catullus: & Cornificius præstiterunt. afferuntur a grammaticis nostris Ticidæ uersus. ex quibus colligitur: fuisse illum eleganti ingenio: & ad scribendum carmen accommodato.

Suetonius

Meßala Coruinus in epistola quadam (ut a Suetonio relatum est) de hoc Ticida meminit. scribens nihil sibi esse cum Furio Bibaculo & Ticida. neq; de sunt apud nos: qui tradant ab eodem Ticida dilectam fuisse Metellam. quæ mutato nomine Perillam appellauit. quod etiam Catullus fecit. qui lesbiam pro Clodia nominauit. habuit inter principes amicos Val. Catonem cuius poemata illustrauit æditi uersibus de Lydia illius. Priscianus Ticidam in hymeneo citat: repetens hunc uersiculum.

Priscian

Felix lectule talibus sole amoribus.

Ouidius quoq; inter eos Poetas hunc enumerat: qui amores decantantur

Poetianus in uicinia  
Mitto & Cornificius uersus Ticidæ  
q. pilla

ut Metellum: Cornificium: Hortensium: Catonem: Caluum: & alios: Hæc sunt: quæ de. C. Ticida apud ueteres legimus.

Furius Antias.

Vrius Antias Poeta insignis habitus est. & inter uetustiores reeptus: Macrobius furium hunc & alios complures enumerat: a quibus Poeta Vergilius permulta (ut fit) mutuatus est: ut Ennium: Nauium: Accium: Lucretium: & Varium. Idem Furius annales composuit exametris uersibus: & poemata satis erudite: & eleganter: neq; probandus est Cefellius uindex grammaticus: qui reprehendere Furium ausus est: atq; in ordinem redigere. qua in re parum prudenter se criticum professus est: ut A. Gellius testatur. itaq; petulantia simul atq; inscitia arguitur quod hæc uerba damnauerit in Furii poematis. id est terram lutescere: noctescere: in crescere: purpurare: opulescere. uersus adiciemus ex poematis Furianis: in

In ordine redigere

Gelli

Gelli

Sanguine diluitur tellus: caua terra lutescit.

Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

Increfcunt animi: uirescit uulnere uirtus.

Vt fulica leuis uolitat super æquora classis

Spiritus eorum uirides cum purpurat undas

Quo magis in patriis possint opulescere campis

Nonius Marcellus & alii grammatici per sæpe afferunt uersus Furii Antiatias. ex quibus colligitur: non defuisse illi ingenium aut eruditionem. De M. Furio (qui Bibaculus est appellatus) suo loco diximus.

Nom?

.L. Iulius Calidius.

.L. Iulius Calidius Romæ natus ex nobili Calidiorum familia equestrem dignitatem seruauit. uir probo ingenio ornatus: & optimis artibus institutus. Pedianus & alii ueteres multum Calidio tribuunt. quod in absoluendo carmine plurimum præstiterit. coluit enim magno studio poeticè: ut Cor. Nepos testatur. qui Calidium hunc elegantissimum Poetam uocat: & Lucretio ac Val. Catullo adiungit. neq; dubium est: eundem fuisse uehementer dilectum a Pomponio Attico: & maximis periculis ab eo diligenter defensum atq; seruatum: ut ueteres auctores referunt. Idem Calidius (cum esset relatus in numerum proscriptorum a Pu. Volusio. qui fuit præfectus fabrum Antonii) ab Attico absolutus est propter ingenium suum atq; elegantem eruditionem. quod a Cor. Nepote scribit. De poematis Calidii & eius obitu: nihil hactenus legimus. de M. Calidio oratore dicemus commodius.

Cor. Nepos

Cor. Nepos

Laurea Tullius.

C 3



## LIBER

Aurea Tullius. M. Tullii oratoris libertus fuit: & a patrono suo propter ingeniū: atq; eruditionis elegantiam magnopere dilectus.

Cicero enim Tyronem ac Lauream liberos suos magnificet. qđ cum alia multa: tum illius epistolæ testantur. ipse autē Lauream ingenio præstitit: ac in poematis scribendis claruit. quæ res Plinii testimonio patet: qui præcipuis laudibus carmen illius cōmendat. inter alia epigrammata scripsit illud notum de laude. M. Ciceronis: ac de aquis in academia uilla erumpētib; quæ remedium egris oculis afferrent. carmen id est: dignum sane qđ ubiq; legatur propter egregiam indolem: & elegantem suauitatem.

Quod tua Romanæ uindex clarissime linguæ

Silua loco melius surgere iussa uiret.

Atq; Academiæ celebratam nomine uillam.

Nunc reparat cultu sub potiore uetus.

Hic etiam apparent lynchæ non ante repertæ

Languida: quæ infuso lumina rore leuant.

Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori

Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope.

Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem

Sint plures oculis: quæ medeātur aquæ.

Leguntur & apud græcos Epigrammata Laureæ: in quibus par elegantia: atq; eruditio habetur. mihi non satis constat: an idē sit qui fuerit. M. Tullii libertus.

## TERTIVS

PETRI CRINITI PRAEFATIO LIBRI TERTII  
DE POETIS LATINIS AD COSMVM  
PACCIVM PONT. ARRETINVM

Eruentum est ad ea tempora Cosme Pont. Arretine: quibus omnes bonæ disciplinae accesserunt ad summū fastigium una cum maiestate Roma. Imperii. qua in re euz cōsidero uitæ mortalium conditionē: permultum quidem interesse existimo in rebus humanis: quo maxime auro: quibusq; potissimum ciuitatibus ipsi homines a tatem degāt Imperante enim Cæs. Augusto tam prospere: tamq; feliciter humano generi consultum uideri potest: ut nemini dubiū sit: optimis auspiciis atq; consiliis per ea tempora administratum fuisse Imperiū: & omnes artes in summa dignitate Romæ claruisse. nam ubi præmiorum spes aliqua est illorum animis qui in præclaro facinore intenti sunt: mirū profecto est: quantum excitentur indices: atq; accendatur studia mortalium ad capeſſendā uirtutem. quo factū est: ut uigente Rom. Imperii fortuna clarissima ingenia in ciuitate præstiterit. nō mō in facultate poetica: s; in cæteris oib; disciplinis. q̄ honestæ ac liberales haberi solēt. sequētib; deinde sæculis posthabita uirtute: cū uitia hoīm magis æstuarēt. paulatim respu. delapsa ē in ptē deteriorē: & siml fortuna cōditio cū morib; imutata ē. Itaq; lux & imoderatæ libidines ciuitatē priō iuaferūt. deinceps (ut i magno malo atq; licētia accidit) nimia impandi ābitio cuiusq; anō occupauit. qbus malis impedita ac fatigata ciuitas. nō tm̄ pristinā dignitatē diminuit: s; ipm̄ p̄terea Impium pessime affecit: q̄ oīa relata sūt a nobis ob eā rōem: ut facili; itelligere possim; q̄tū corū imperio mortales iure optio dñt: qbus datū ē: recte ordineq; rē. p. moderari: & ingenia ciuiū digna mercede cōfirmare. nūc ad pu. Vergiliū accedem;. q̄ Aug. principi gratissim; fuit: & simul cōplectemur eos oēs Poetas hoc uolumine. q̄ usq; ad Flauios Impatores deueniunt.

P. Vergilius Maro natalē suū habuit Idibus Octobris. M. Crasso: & Gn. Pompeio Cos. quæ res probatur cum ueterū monumentis: tum uersibus illis Val. Martialis.

Maia Mercurium creastis idus:

Augustis redit idibus Diana

Octobres Maro consecrauit idus.

natus ē in uico ande. q̄ nō lōge abest ab urbe Mātua. ob idq; Andin; uates appellat; a Silio Italico. modicis facultatibus peneq; exiguis primam aetate trāsegit. deinde cū tēpus aduētasset capiēdæ eruditōis optis p̄ceptorib; atq; eruditōis opaz dedit. idq; effecit uariis ac diuersis urbibus. nā Cremōæ

*Silius*



primū: deinceps Mediolani: ac postremo Neapolim ingenium suū; magna diligentia & incredibili studio excoluit: maximeq; Orbiliū & Scriboniū Aphrodisium audiuit: a quibus mature instructus est. traditum est a ueteribus eodem die Poetam Vergiliū induisse uirilem togam: quo. T. Lucretius in fata concessit. adeo insigni modestia & uerecundis moribus dicitur fuisse: ut uulgo appellatus sit Parthenias. quod præter alios multos etiam Poeta Ausonius testatur in epistola ad Paulinum. de poematis ipsius minime oportet hoc loco pluribus agere. cum Seruius grāmaticus & alii plures diligenter de his scripserint tradentes: quæ sint ad hunc ipsum referenda: quibusq; temporibus ab eo composita. Idem Seruius octo opuscula pro Vergilianis enumerat. hoc est. Cyrin: Ethnam: Culicem: Catalecton: Priapeia (de quibus inter grāmaticos non satis adhuc certis argumentis constat) Copam: Epigrāmata & Diras. In Bucolicis Theocritū Poetam est imitatus. in Georgicis Hesiodum: quē sine ulla quidem controuersia longe superauit. in ipso Aeneide secutus est ex auctoribus græcis: Partheniū: Pisandru: Apolloniū Rhodiū & imprimis Homerū. ex latinis. Q. Enniū: Liuiū Andronicū: Næuiū. T. Lucretium & alios complures. quod ipsum cum alii permulti adnotarunt. tum præcipue Macrobius. Octauius Cæf. (qui p ea tempora optimis auspiciis Imperiū orbis terrarū gubernauit & in Poetica facultate excelluit) maxima uoluptate tenebatur in legendis atq; audiendis Vergilii carminibus. quo circa frequentes epistolas ad eum mittere consueuit plenas officii atq; beniuolentiæ. neq; ab re futurum est apponere particula: epistolæ Pub. Vergilii in qua respondet Octauio principi: ut Symmachus testatur. De Aenea quidem meo inquit: si me hercle iam dignum auribus haberem tuis libenter mitterem. Sed tanta inchoata res est: ut pene uitio mentis tantum opus ingressus mihi uidear: cū præsertim (ut scis) alia quoq; studia ad id opus multoq; potiora impartiar. quibus uerbis facile possumus colligere: quantum laboris atq; uigiliarum posuerit Vergilius in hoc poemate absoluendo. Stadius Papinius: & Silius Italicus ita Vergilii opera admirati sunt: ut nihil præterea se dicant magis cupere: quam posse imitari aliqua in parte maiestatem Vergiliani carminis. Fab. Quintilianus (cum de Poetis latinis loquitur) Maronem ipsum longe omnium principem constituit. quem ceteri maximo interuallo subsequantur. quod etiam Domitius Afer existimauit. qui cum post Homerum fecit secundum. Sed magis proximum primo quam tertio. neq; defuerunt apud ueteres: qui tam peruerso ingenio fuerint: tamq; absurdo: ut reprehendere Vergilium ipsum non dubitauerint: & in omni Poetica elegantia ineptum dicere. Carbilius quidem grāmaticus librum composuit de Vergilianis erroribus: cui titulus fuit *æneidomastix*. alii præterea complures

furta eiusdem colligentes ut imperitum furem accuserunt. de quo multa scribuntur a Macrobio in Saturnalibus. Cæf. Caligula nihil ueritus est affirmare nullo ingenio: minimaq; doctrina fuisse Vergilium. itaq; paulum abfuit (ut Suetonius refert) quo minus ex omnibus bibliothecis scripta & imagines illius aboleret. qui uero summa eruditione præstant: & in exploranda atq; censenda antiquitate excellunt: eam dicunt esse maximam laudem: præcipuamq; gloriā Vergilii: ut nullius laudibus crescat: nullius uituperatiōe minuatur. uulgarum est: cautum ab eo fuisse testamēto (ut hoc opus æneidos cremaretur uelut imperfectum atq; inemendatum. qua in re apponemus eos uersus: qui referuntur ab antiquis grammaticis in Octauio; Aug. Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis  
Tam dirum mandare nefas. ergo ibit in ignes  
Magnaq; doctiloqui morietur musa Maronis.  
Ah scelus indignum: soluetur littera diues  
Et poterunt spectare oculi. nec parcere honori  
Flamma suo: ductumq; operi seruabit amorem:  
Pulcher Apollo ueta: musæ prohibete latinæ  
Liber & alma ceres succurrite. uester in armis  
Vester miles erat. docilis per rura colonis.  
Nam docuit quid uer ageret: quid cogeret æstas  
Quid pater Autumnus. quid bruma nouissima ferret.  
Arbuta formauit. sociauit uitibus ulmos  
Curauit pecudes: apibus sua castra dicauit.  
Hæc dedit: ut pereant? ipsum si dicere fas est.  
Sed legum est seruanda fides: suprema uoluntas  
Quod mandat fieriq; iubet parere necesse est.  
Frangatur potius legum ueneranda potestas  
Quam tot congestas noctesq; diesq; laboris  
Hauerit una dies: supremaq; uerba parentis  
Amittat uigilasse suum: si forte superbum  
Errauitq; in morte piger: si lingua locuta est  
Nescio quid titubante animo: non sponte. sed altis  
Expugnata malis odio languoris iniqui.  
Si mens cæca fuit. iterum sentire ruinas  
Troia suas. iterum cogetur reddere uoces:  
Ardebit misera post uulnera: uulnus elisæ:  
Tam sacrum soluetur opus: tot bella: tot enses:  
In cineres dabit hora nocens & perfidus error.

Macrobi?



Huc huc pierides date flumina cuncta sorores  
 Expirent ignes: uiuat Maro doctus ubiq;  
 Ingratusq; sui: studiorumq; inuidus orbi  
 Et factus post fata nocens: quod iusserat ille  
 Sit uetuisse meuz: satis est post tempora uitz  
 Immo sit aternus tota resonante Camena  
 Carmen: & in populo diui sub numine nomen  
 Laudetur: uigeat: placeat: relegatur ametur.

Inter pricipuos amicos coluit Asinium pollionē. Cor. Gallum. Quinti-  
 lium Varū. Horatium Flaccum & Mecenate: cū quibus summa fami-  
 liaritate uixit. Octauio principi adeo acceptus ob singularem modestiaz  
 atq; ceteras uirtutes: ut relatum sit: nihil fuisse unq; illi denegatum. scri-  
 bit Com. Tacitus eundē Vergilium maximo honore habituz ab uniuers/  
 so populo Roma. & assurrexisse illi auditis uersibus in teatro, presen-  
 temq; ac spectantē Vergiliū pari ueneratione obseruasse: atq; Octauiu pri-  
 cipem, traditū est habitasse in esquilis secundū hortos Mecenate. sape  
 q; incampaniā solitū decedere ad animū atq; ingeniū recreandū. quo li-  
 berius pro loci amānitate nauare operā posset inchoatis a se opibus. He-  
 lius Melissus grāmatic<sup>9</sup> excellens (qui cōmentarios de loquendi proprie-  
 tate composuit) refert Vergilium fuisse paulo tardiorē in loquendo pe-  
 neq; indoctum & subagrestē. quæ scripta sunt de illius dictariis cum Cæ-  
 sare Augusto: deq; contentione cum Cornificio grammatico: & appē-  
 sis carminibus in palatinis ualuis: ea quidem neq; refellere hoc loco: neq;  
 ascribere in animo est. Tarenti perit: ut Seruius refert: ut alii uolūt Brū-  
 dusii contracta egritudine ex itinere ad uisendū metapotum propter ca-  
 lores ac nimios æstus. paulo mox delatum est illius cadauer Neapolim.  
 ibiq; sepult<sup>9</sup> Vergilius addito hoc carmine.

Mantua me genuit. Calabri rapuere: tenet nunc  
 Parthenope: cecini Pasqua: rura. duces:  
 quod etiam notatum est ab Eusebio in annalibus. deplorarunt eiufdem  
 obitum complures alii: & inter ceteros Cor. Gallus his uersibus ad Cæ-  
 sare Augustum.

Temporibus latis tristamur maxime Cæsar  
 Hoc uno amisso quem gemo Vergilium  
 Sed uetuit relegendi si tu patiere libellos  
 In quibus æneam condidit ore sacro  
 Roma rogat: præcibusq; etiam tibi supplicat orbis  
 Ne pereant flammis tot monumenta ducum  
 Atq; iterum Troiam: sed maior flamma cremabit

Cor. Tacit

Theatru assurrexisse uirg  
 presentē q; ac spectantem  
 pari obseruatione obserua  
 se atq; octauiu principē

Sextim?

Eusebi?

Fac laudes Italum: fac tua facta legi  
 Aeneamq; suum fac maior nuntius ornet  
 Plus satis possunt Cæsaris ora dei.  
 De effigie ipsius: ceterisq; animi uirtutibus permulta scribunt a nostris grā-  
 maticis: quæ prætermittimus studio institutæ breuitatis.

Q. Horatius Flaccus.

Q. Horatius Flaccus in Venusio Appulie oppido natus est. patrē  
 habuit libertini generis. unde illud.

Quem rodunt omnes libertino patre natum  
 pro certo habetur eius natalem fuisse duobus circiter annis ante cōiuratio-  
 nem. L. Sergii Catilinæ: quo tempore celebres erāt in ciuitate: ex Poetis  
 Val. Catullus Licinius Caluus: & Heluius Cinna. ex oratoribus. M. Ci-  
 cero. Q. Hortensius: & Q. Catulus: ex philosophis Var. Terētius & Fi-  
 gulus Nigidius. Orbilius beneuentanū (ut cōstat) a puero audiuit: quē  
 appellat alicubi plagosum: ac mirum: quam breui tempore in bonis lit-  
 teris profecerit. ingenio enim facili & auidissimo fuisse traditur in capiē-  
 dis optimis disciplinis. ubi autem satis uisus est nauasse operam latinis  
 studiis: Athenas se contulit: ut philosophorū præceptis liberius incūbe-  
 ret: maxieq; Epicureorū placita uideē p̄basse: ut illud urbane dictū testat<sup>9</sup>

Me pinguem: &amp; nitidum bene curata cute uises

Cum ridere uoles Epicuri de grege porcum.

Moribus fuisse dicitur subobscuris. & ad bilē interdū paulo excitatior  
 adeo erga amicos gratus: atq; officiosus: ut nobiliorū etiam studiis & gra-  
 tia clarior in dies ac nobilior esset. nam primo dignitatem tribunitiā ho-  
 nestis suffragiis est adeptus: & Romanæ legionis præpositus. quod ipse de  
 se scribit. Amicos uero habuit ex Poetis Albium Tibullū Quintilium  
 Varuz. cuius obitum officiose deplorat. Valgium consularē: Vergiliūq;  
 ipsum. ex prima nobilitate Iuliū Florū: Maximū lolliu: & Mecenate.  
 cū quo supra septē annos summa familiaritate uixit. quod cū locis mul-  
 tis. tum maxime his uersibus apparet.

Septimus octauo propior iam suggerit annus

Ex quo Mecenas me capit habere suorum.

In numero. nā cū ipso quidē Horatio iocari liberi<sup>9</sup> Mecenas atq; agere cō-  
 sueuit: eidēq; concredere sua studia. In rebus ciuilibus (cū ipsa ciuitas ma-  
 gnis factionib<sup>9</sup> tenerē: uariisq; seditionib<sup>9</sup> estuaret) secut<sup>9</sup> primo ē Bru-  
 ti & Cassii ptes. quod a multis aliis: & a Sidonio Apollinare traditū est

qui ad Iulium Maiorianū sic refert.  
 Et tibi Flacce acies Bruti Cassiq; secuto  
 Carminis est auctor: qui fuit & uenia.

Horati?

Horati?

Sidon?



Mox uero accedit: ut fauore Mecenate non dignitates tantū assequeretur. Sed ipsi quoque Octauio Imper. foret insinuat: cum libere & amice ad illum scribat. illas tamen epistolas: quæ referuntur a quibusdam Augusti ad Flaccū: magis confictas opinamur: quam dignas tanto principis eiusque summa eruditione. quod ipsum cum alia multa. tum elocutio in primis probat. Composuit per plura: quæ uulgo etiam sunt notissima. nos quæ breuissime repetemus. libros carminum quattuor: Epodon: & Seculare carmen: quibus Augustum ac Mecenate miris laudibus celebrat. In scribendis Iambicis mire efficax habitus est. quod & Fabius Quintilianus testatur. Inter lyricos uero inquit solus fere dignus est legi Horatius. quoniam & insurgit aliquando & plenus est iucunditatis & gratiæ: uariis quoque uerbis & figuris ferocissime audax. ex quo illud peruulgatum.

Quintili

Hic inter Lyricos sublimi uertice uates  
Sidera summa ferit: seu dulcia furta puellæ  
Cantat amicitias: conuiuia prælia: paces  
Siue Lycambeis lacerat latratibus hostem  
Impetit aut uario corruptos carmine mores

Sidom?

Apollinaris quoque sic ad Tonantium de Horatio.  
Sed tu per Calabri tramitis aggerem  
Vis ut nostra de hinc cursitet orbita  
Qua Flaccus lyricos pindaricum ad melos  
Frenis Flexit equos plectripotentibus  
Dum metro quatitur corda gliconio  
Nec non Alchaico uel pherecratio  
Iuncto & lesbico: siue anapestico  
Vernans per uarii carminis egllogas  
Verborum uiolis multicoloribus.

Diomedes

Diomedes grammaticus & alii ueteres unde uiginti carminum modos ab Horatio decantatos asserunt. quorum rationes in tertio de grammaticæ libro a Diomede ipso referuntur. Scripsit de poetica librum ad Pisonem. uolumina duo Satyrarū. ac totidem epistolarū. In Satyra uero Lucilium secutus est: & si cum ut lutulentū accusat. Fabius certe Quintilianus præcipuum in Satyra dicit hunc ipsum Horatium ac purum in primis: & tersum. quoniam hoc illi propriū & peculiare fuit: ut ridenti similis & quasi dissimulans improbitatē ac uitia hominum accusaret. quod ea magis urgeat atque afficiant: quæ sensum irrepunt: quæ quæ aperta fronte inuadunt. quod ipsum & Poeta Persius demonstrat.

Persi?

Omne uasfer uitium ridendi Flaccus amico  
Tangit & admissus circum præcordia ludit.

## TERTIVS

Callidus excusso populum suspendere naso.

Sed & Poeta Ouidius ingenue fatetur magnopere se horatianis uersibus delectatum & eius carmen diligenter audisse: ueluti Propertium: Macrum Ponticum: & Bassum qui Iambicos lusit.

Ouidi?

Et tenuit nostras numerosus Horatius aures.

Cum ferit ausonia carmina culta Iyra.

per multos uero enumerat Horatius: quorum & studium & iudicium percipit: ut Plotium: Mecenate: Varium: Vergilius: Fuscos: Valgius: Polionem: Messalam: & alios. secutus est eum in componendis lyricis Paulus Passienus. qui (ut est auctor Plinius) mirifice illius exprimebat. statuta fuisse traditur breui: corpore obeso: oculis lippis: quæ uel ex carmine illius uariis locis colliguntur. moritur autem Horatius anno ætatis suæ. vii. & quinquagesimo: ut in Eusebianis annalibus relatum est. alii supra. lxx. annum uixisse scribunt. quod ego tamen falsum existimo: ut alibi obseruatum est.

Plini?

Eusebi?

T. Valgius.

T. Valgius inter eos Poetas refertur a ueteribus: qui elegias & poemata scripserunt. familia ortus est nobili & insigni: ut quæ consulares uiros tulerit. neque defunt qui eius ingenium atque elegantiam commendent in scribendis carminibus. Horatius Flaccus plurimum tribuit Valgio: & in eodem numero eum collocauit. in quo Plotium: Varium: Mecenate: Asinium: & Vergilium. ad quorum iudicium sua scripta probari postulat. Messala item Coruinus (qui cum rebus præclare gestis. tum eloquentia maxime præstitit) magnopere Valgium coluit. propter eius elegantiam & ingenium. itaque præcipue laudatus est a Poeta Tibullo: qui eum dicit aptissimum ad canendas laudes Messalæ. & assurgere in carmine ut Homerum.

Tibull?

Est tibi: qui possit magnis se accingere rebus

Valgius æterno: propior non alter Homero

Relatum est a Seneca de Valgio Poeta: quod is ethnam Siciliæ montem nobilissimum imperite unicum uocauit: qui ignes euomeret. cū alii plures tradantur: qui idem efficiant. Inter alios uersus: qui afferuntur a grammaticis. & hoc carmen Valgii legitur.

Seneca

Hic mea me longo succedēs prora remulco

Latantem gratis sistit in hospitiiis.

Fuit in magno precio & alter Valgius: qui inter Apollodores refertur: quoniam Apollodori Pergamensi sectam magno studio dicatur consecutus: sed æginus de hoc in oratoribus.

Albius Tibullus:

D





## LIBER

Albius Tibullus Romæ (ut creditur) natus: Hircio & Pansa Cos. q̄ an-  
nus etiã Nasonis Poetæ natalibus insignis fuit. nam uterq; consul  
cũ ad liberandũ Brutũ apud mutinam mitteret: fugato Antonio  
occisus est. parentes habuit ex equestri ordine bello & pace satis illustres.  
is autẽ Tibullus (quod ingenio facili: & egregia forma foret) nobilioresci-  
uitatis sibi cõciliauit. in quorũ numero fuit Messala Coruinus: qui mira di-  
ligentia & assiduis officiis Poetã Tibullũ fouit. quo circa sui studiosus uo-  
cat eum Tibullus: & insigni carmine laudes eiusdẽ ac uirtutẽ celebrauit. neq;  
illud ignoratur. cũ in eiusdẽ Messalæ comitatu in prouinciã p̄heacũ perge-  
ret: in aduersam ualetudinem incidisse. ex quo tali carmine fidem suã at-  
q; fortunam uoluit posteris cõmendari.

Hic iacet imiti consumptus morte Tibullus

Messalam terra: dum sequiturq; mari.

Horatiũ Flaccũ: & Macrũ Poetam (qui de herbis libros cõscripsit) familia-  
riter dilexit: eumq; hortat: ut relictis castris: & militia ad amores & uene-  
res redeat. Albius enĩ Tibullus in amoribus & delitiis: ut apparet: paulo  
procliuior fuit: ut q̄. i. Marathũ & Cherynthũ pueros maximo affectu di-  
lexerit. sicuti Delia: Sulpitiã: Neeram. & Nemesis. de cuius forma & mo-  
ribus frequens in ueterum libris mētio est. unde illud notum.

*Martia* Vssit. Amatorem Nemesis Lasciua Tibullum

In tota iuuuit: quem nihil esse domo.

*Apulei*

Sed & L. Apuleius: quo loco de amoribus differit apud Claudiũ maxi-  
mum. proconsulẽ fictũ Delia: nomẽ a Poeta Tibullo refert: cum Plautia  
uocaret. Flaccus Horatius libere illum hortat amicitia: nomine: ut forti-  
animo: & cõstanti imitis glyceræ fastum atq; insolentiã perferat. tũ alio-  
rum exemplis discat: quanta sit in sequendis amoribus uarietas. In scribẽ-  
do autẽ carmine Cassio Parmensi eundẽ præponit: quo loco suorum ser-  
monum iudicẽ facit. bonaq; animi & corporis illi ascribit.

Albi nostrorum sermonum candide iudex.

Non tu corpus eras sine pectore. dii tibi formam.

Dii tibi diuitias dederant: artemq; fruendi.

Quod foueat dulci nutricula maius alunno.

Quã sapere & fari possit: quã sentiat: & cui.

Gratia: fama: ualetudo: contingit abunde

Et mundus uictus non deficiente crumena

Is uero Tibullus in carmine ad Messalã copiose ostendit: parũ sibi licere  
in otio uersari: & musis p̄ animi arbitrio incũbere. quod aduersantis for-  
tunã iniquitas nimiũ illi obfuisset: & cũ satis illi opes florerent: conditi-  
one temporũ factũ ẽ: ut ad paupertatẽ redigeret.

## TERTIVS

Cui fuerant flauii ditantes ordine sulci  
Horrea sacundis indeficientia mensis  
Cuiq; pecus denso pascebant agmine colles.  
Et domino satis: & nimium: furiq; lupoq;  
Nunc desiderium superest.

Idẽ Tibullus libros quattuor elegiarũ: siue amorũ cõposuit: in q̄bus fa-  
cile probat: q̄ elegã & cãdidũ sit eius carmẽ: ut in eiusmõĩ caloribus de-  
scribẽdis Latinos oēs uideat supasse. cũ affectibus exprimẽdis. tũ elegã-  
tia & suauitate ingenii. quod ipm etiã Fabius Quintilianus ad Marcellũ  
Victoriũ refert: cũ Poetã Tibullũ & elegantẽ in primis ac tersum existi-  
marit. obiit at cũ adhuc iunior esset. neq; sine maxio m̄rore Ouidii Poe-  
tæ. quod ille testatus est lōgo carmine: in quo probat: quãta litterarũ ia-  
ctura Tibullus occiderit. eoq; molestior fuit eius interit: quo imaturior  
uisus est. In funere illi & parẽs: & soror præstiterũt pietatis officiu. qd̄  
& Nemesis: & Delia pari animo fecerũt. sicuti ab Ouidio refertur. uul-  
gatumq; illud est: de elegãtia & carmine Tibulli.

Donec erunt ignes: arcusq; cupidinis arma.

Discetur numeri culte Tibulle tui.

M. Mallius.

M. Mallius ex illustri familia natus creditur. hisdẽ tẽporibus in ur-  
be claruit: q̄bus diu Augustus Imperiũ Romanã urbis felicissime  
gubernauit. neq; dubitandũ est fuisse illũ tãto principi gratissimũ  
pp̄ egregiã disciplinarũ cognitionẽ: & ingenii excellentiã. Fabius Quintilianus  
nullã mentionẽ de Poeta Mallio fecit. quo circa mirant q̄dã: cur illũ  
prætermiserit: p̄cipue: cũ de T. Lucretio & Aemilio Macro iudiciũ fecerit.  
studiũ suũ atq; industriã collocauit in Mathematicis artib; . tantũq; in his  
p̄fecit: ut maximas ingenii sui laudes tulerit. scripsit libros q̄nq; de Astro-  
nomicis carmine exámetro. In q̄bus magna ex pte Hipparchũ: Eudoxum  
atq; Aratũ secutus tradit. Idẽ Mallius se ipsum excusat: parũ sibi licere in  
suo carmine pp̄ difficultatẽ opis oĩa Latinis uerbis exequi: & in eo maxime  
laborare: ut magis instruere: ac docere uideat: q̄ delectare. qm̄ ornari res ip̄a  
negat cõtenta doceri. neq; desunt: qui existimẽt. C. Pliniũ de hoc ipso Mal-  
lio intellexisse: quo loco de obeliscis differit: is enĩ suo ingenio pilã auratã  
in obelisci apice cõstituit: ex cuius umbra horarũ momẽta obseruarentur.  
qua in re maximã cõmẽdationẽ accepit. de obitu illi nihil a nobis cõptũ ẽ.

Gn. Cornelius Gallus.

Gn. Cornelius Gallus Poeta eximius habitus ẽ in elegia & poema-  
tis describendis. eodẽ prope anno creditur natus. quo M. Terentius  
Varro doctissimus Romanorũ periit: ut a Hieronymo relatum est

D z

*Quintili*

*Ouidi*

*Quintilian*

*Plinius*

*Hieronym*



in annalibus. quidam tradunt fuisse illum patria foro iulienſe. & eruditū bonis artibus. diuq; cum Cæcilio Epirota uerſatum in ſumma familiaritate. fortuna tenui fuit. peneq; infima: ſed ſtudio & fauore Octauii Aug. ad præfecturæ gradum aſcendit. factuſq; indies nobilior: ut mox dicem⁹. ſcripſit elegiarum libros: in quibus cōmendatur magnopere illius ingenium. & elegantia. Fabius tamen Quintilianus durioſem hunc fuiſſe dicit. Seruius grāmaticus ſic de Gallo ſcribit. Is inquit Euphorionem Poetaz in latinum ſermonem tranſtulit: & amorum ſuorum de cytheride libros quatuor cōpoſuit. In amicis Octauii Cæſaris primo receptus eſt. ac deinde cuſ in ſuſpitionem ueniſſet: quod in eum coniuraſſet occiſus eſt. fuit in primis Pu. Vergilio amicus. adeo ut quartus liber Georgici operis a medio uſq; ad finem. eius laudes contineret: quas poſtea iubente Cæſare Aug. in Ariſtei fabulam cōmutauit. Idem Gallus amauiſt Cytheridē meretricem libertam Volūnii: quæ eo ſpreto: Antonium euntem ad Gallias eſt ſecuta. Diomedes (cum de Elegia loquitur) eundeſ Gallū Tibullo & Propertio adiungit Cytheridē uero: quam prope ad infaniam dilexit: mutato nomine Lycorim uocauit. hinc illud uulgatum.

Gallus & heſpiis: & Gallus notus eois

Et ſua cum Gallo nota Lycoris erit.

notatum eſt a pluribus ipſum Gallum ab Aug. principe factuſ Aegypti præfectū diuq; ſummis officiis atq; honoribus euectum atq; honeſtatum Ammianus refert a Gallo in præfectura exhaustū fuiſſe Thebarum ciuitatem: & cum furti ac populatæ prouinciæ in ius uocaret: ueritum indignationē nobilium ferro incubuiſſe. Tranquillus uidetur hac in re nō nihil diſſentire: qui ſcribit: ob ingratum & maleuolum animū ab Octauio Aug. domo: & prouinciis ſuis Cor: Gallo interdictū. illacrimatum præterea Aug. uicem ſuam doluiſſe quod amicis non liceret: quatenus uellet irasci. nec deſunt: qui tradant tertio & quadrageſimo anno Poetam Gallum propria manu ſe interemiſſe. leguntur ætate noſtra elegiaruſ libri ſub nomine Cor: Galli: qua in re facile eſt imponere imperitiis hominibus. qui autem paulo diligentius antiquitatē obſeruarunt: nihil minus cenſebunt: quā ut hæc referenda ſint ad Poetam Galluſ. De Afinio Gallo dicemus paulo poſt: qui filius fuit Afini Pollionis.

Sex. Aurelius Propertius.

Sex: Aurelius Propertius ex Meuania oppido oriundus: quod in umbria eſt: ut ipſe auctor copioſe teſtat: quo loco umbriam Romani Callimachi patriam uocat.

Vt noſtris tunc facta ſuperbiat umbria libris.

Umbria Romani patria Callimachi.

Quintili

Serui

Diomedes

Ammian

Suetonius

De libris elegiaruſ qui ſub nomine galli circumferuntur. quid ſentendum ſit.

ſunt: qui ſcribant eius patrem equeſtri dignitate ornatum: ac triumuirali poteſtate fuiſſe. Tum inter eos connumeratum: qui. L. Antonium ſecuti Peruſia capta ex Octauii Cæſ. auctoritate ad aram Diui Iulii perducti ibidem occiſi fuerunt. Illud omnino conſtat. Aur. hunc Propertium magna ex parte amiſſis bonis Romam ſe recepiſſe. cum patrem ſuum in tenera adhuc ætate amiſſet: quod illis uerſibus apparet.

Aspice me: cui parua domus: fortuna relicta eſt.

Nullus & antiquo Marte triumphus aui  
& alibi clarius.

Oſaq; legiſti. non illa ætate legenda

Patris: & in tenues cogeriſ eſſe lares.

Nam tua. cum multi uerſarent rura iuueni.

Abſtulit excultas pertica triſtis opes.

Mox ubi bulla rudi demiſſa eſt aurea collo

Matris: & ante deos libera ſumpta toga

Tum tibi pauca ſuo de carmine dictat Apollo

Et uetat infano uerba tonare foro.

In urbe autem nominis celebritatem breui adeptus eſt: cum ſumma ingenii comitate. tum elegantia carminum. Mecanati & Cor. Gallo maxime acceptus fuit. quod uterq; poetæ ſtudiis & doctrinæ pro ſimilitudine profeſſionis fauerent. Ouidium quoq; Tibullum & Baſſum inter principes amicos coluit. ad quos de ſuis caloribus & puellæ ingenio ſæpius ſcripſit. C. Plinius in epiſtola ad Romanū: Paulum refert Paſſienū in ſcribendis elegis eruditum habuiſſe inter ſuos maiores Propertium. eaſq; ratione gentile inquit eſt hoc in paſſieno: qui ex eodem quoq; municipio eſt. quo Propertius. unde maximum ſtudium Paſſieno fuit calor Propertii atq; ingenium ſuo carmine exprimere. cum in elegiis (ut inquit Plinius) foret egregius atq; præcipuus Propertius. libros quatuor elegiarum compoſuit. in quibus ferè ſuos calores. & hoſtiæ laudem ac formam celebrat. naſ i puellam Hoſtiam miro quidem affectu exarſit. quam mutato nomine (ut eſt auctor. L. Apuleius) Cynthiam appellaſe maluit hinc Apollinaris Sidonius ad Heſperium ſcribit. meminif ſe debes. quod ſæpe uerſum Corinna cum ſuo Naſone compleuit. Leſbia cum Catullo. Ceſennia cum Getulico. Argentaria cū Lucano. Cynthia cum Propertio. Delia cum Tibullo. Callimachum præcipue Cyreneum. Mimnermuſ & Philetam græcos Poetas in carmine ſecutus eſt. quorum manibus comitem ſe proſitetur: nam ut illi apud græcos in elegia conſenſu omnium longe præſtiterunt. ita Propertius apud latinos

D 3

Properti

Plini

Apulei

Sidon



*Quintili* eorum imitatione primas uidetur quorundam iudicio consecutus. Fabius Quintilianus censor in litteris acerrimus. cum Tibullus maxime comendauerit: non deesse tamen inquit: qui Propertium malint. cum sit Ouidius lasciuior: Gallus in elegia durior. Ouidius certe cum saepe de ipso Propertio agat: blandum tenerum ac dulcem appellat. multumque illius carmini semper concessit: & recensenti sua carmina auditor affuit.

*Ouidi* Sape suos solitus recitare Propertius ignes  
Iure sodalitiis: qui mihi iunctus erat.

*Martia* Sed & Val. Martialis Propertii ingenio & amoribus plurimum tribuit: ut eo maxime loco probauit: quo Galli lycorim: Tibulli Nemesi: & Lesbiam Catulli celebrat. sic enim scribit in Apophores.

Cynthia facundi carmen Iuuenile Properti  
Accepit famam: nec minus ipsa dedit.

*Fulgenti* De obitu eius parum compertum. quidam scripserunt illum periisse annos alterum & .xl. natum. fuisse alterum Propertium: Fulgentius ostendit: qui in libro ad Calcidium de prisco sermone: uerba haec ex Propertio refert. Catillata geris uadimonia publicum prostibulum.

.L. Varius.

.L. Varius hisdem temporibus floruit: quibus in eloquentia praecelari habiti sunt Messala Coruinus. M. Calpidius Numacius Plan-  
cus & Asinius Pollio. Relatum est ab antiquis eundem Varius inter epicos poetas censerit: & in scribendis tragediis maxime praestitisse. quo circa magnope dilectus est a principe Octauio. q in studio Poetices magna uoluptate uersatus creditur. Tantum illi tribuit Horatius Flaccus: ut cum scriberet ad M. Agrippam consularem uirum. unum dicat esse. L. Varius: qui possit eius gesta atque egregias uirtutes praecelarrimo carmine posteris comendare. Cor. Tacitus sub Materni persona ita laudat Varii Thiestem: & Ouidii Medeam: ut inter praecipua opera referat. nullus inquit liber Polionis Asini aut Messalae: tam illustris est: quam Medea Ouidii aut Varii Thiestes.

*Horati*  
*Cor. Tacit*  
*Quintili* Sed & Fabius Quintilianus auctor est Varii Thiestem cum omnibus quidem graecis potuisse conferri. tantum sublimitate carminis: & ingenii felicitate excelluit. habuit inter amicos Horatium Flaccum Pollionem Asinium: & Plotium Tuccam. Pub. autem Vergilium familiarissime coluit: ut in eodem contubernio uersarentur. neque defuncti: qui scribant. fuisse dilectam a P. Vergilio uxorem Varii. eoque nomine dono illi datam tragediam a se compositam. ac deinde sub nomine ipsius Varii editam. quae res aperte refellitur auctoritate doctiorum. Illud pro comperto habetur. relictos fuisse heredes a Pu. Vergilio ex parte. L. Varium & Plotium Tuccam. tum illis demandatum

prudencia: & auctoritate Octauii principis: ut aeneam Vergilii emendarent sed ea conditione: ut nihil operi adderetur. quidam atate nostra imprudenter faciunt: qui cum L. Vario: Quintilium Varum confundunt. parum intelligentes: quantum inter se differant & carminum genere & moribus.

C. Mecenas.

.C. Mecenas ex clarissima familia regum ethruscorum natus est.

In secundo ordine permansit. tanta suae modestiae comendatione: ut relatus sit inter nobilissimos ciues. quidam Arretio oriundum putarunt quae urbs habita est inter antiquissimas ethrusciae. Illud minime obsecurum est: eundem Mecenate dum ageret in tenera atate maxime praestitisse facilitate ingenii in litteris perdiscendis: ut Horatius Flaccus & alii plures testantur. ac primo incubuit summa diligentia praecipis eloquentiae: in qua medio ceteris excelluit. deinde ad poeticam facultatem diuertit. Tragediasque & alia uari generis poemata scribere aggressus est. Octauio principi adeo gratus fuit propter singularem fidem: & ingenii comitatem: ut ab eo receptus sit inter praecipuos amicos. uulgatum est de Mecenate: quod uis litteris ac litteratis omnibus fauerit: cuius in urbe unus hic potissimum haberetur: ad quem poetae omnes: atque oratores uelut ad certam anchoram profugium sibi haberent. Itaque ab eo uehementer dilecti sunt: operaque & muneribus amplissimis honestati Pub. Vergilii: Horatii Flacci: Asinii Pollii: Valgii: & alii complures: reprehensus est a ueteribus. quod esset animo molliori: ac solutis uestibus uteretur: nimiumque sinuosis & fluentibus. de cuius molli-  
tate atque delitiis: cum multi alii scripserunt. tum Anneus Seneca. qui in censendis notandisque moribus acerrimus censor fuit. magnam inquit exemplum Romanae eloquentiae daturus erat Mecenas: nisi illum eneruasset felicitas. referunt ab eodem Seneca alia multa. in quibus orationem Mecenate maxime accusat: ut mollem ac nimis delitiis fluentem. quod & Suet. Traquillus tradit. Itaque consuevit Octauius princeps saepe illum exagitare suis epistolis: aut per iocum irridere. Scripsit Tragediam Prometheus. & elegias complures: ut ueteres auctores testantur inter caetera illius laudat hoc carmen de continendo sepulchro.

Nec tumulum curo sepelit natura relictos.

Hortos Romae habuit pulcherrimos in esquilis: ubi uersari interdum consuevit: de quo liberalibus disciplinis sermonem habere cum amicis suis. ad hos per saepe diuertit Cae. Octauius propter loci amoenitatem. uelut qui animum liberum haberet a curis in eo quietis secessu. tanta animi libertate uixit Mecenas cum Augusto: ut monere illum & reprehendere aliquando non dubitauerit: ut copiose scribit Dion graecus auctor in Romana historia. qui eundem refert primum inuenisse notas quasdam litterarum: quibus ad scribendum celeritatem uteretur: ac per Agram libertum ad aliorum usum tradidit. Notatum est a C.

Mecenas solutis uestibus  
nimiumque sinuosis & fluentibus  
utebatur.

Seneca

Seneca

Suetom?

Dion



Plinius

Plinio de Mecanate inter mirifica naturæ officia: eum nunq̄ horæ momen-  
tum dormisse per totum trienniū ante obituꝝ. Sed hoc non plane comper-  
tum est: an referendum sit ad alterum Mecanatem. Pu. Vergilius ad hunc  
Mecanatem libros suos misit: qui Georgica inscribuntur: absolutissimum  
omnium opus: quæ in eo genere composita unq̄ ab aliquo fuerint, extant  
adhuc Propertii Poetæ: & aliorum laudes de ipso Mecanate quam liberali  
animo fuit: quamq̄ docta eruditione excelluit, quæ a nobis hoc loco o-  
mittuntur studio breuitatis. Constat eum obiisse ædita iam ætate: & in se-  
nium uergente: ut ueteres auctores testantur.

Pub. Ouidius Naso.

Pu. Ouidius Naso genitus est Sulmone patria: quod oppidum in  
pelignis fuit, natalem habuit Aprili mense diebus quinquatriis:  
quibus sacra Mineruæ celebrari mos fuit apud Romanos. A. Lici-  
nio: & L. Panfa Cof. qui mutinensi pugna contra Antonium ceciderunt:  
neq̄ defunt: qui referant eodem die natos fuisse Pu. Ouidium & Albiū  
Tibullum Poetam in scribendis elegis maxima elegantia, maiores illi con-  
tulerunt nobili genere atq̄ satis honesto: a quibus equestrem dignitatem ac-  
ceptam perpetuo seruauit. In ipso adolescentiæ suæ principio magnope-  
reprobauit quantum præstaret ingenii facilitate: ac præclaris moribus, quo  
circa Romæ institutus est in latinis litteris maxima diligentia parentis: &  
cum in tenera ætate (ut constat) summa uoluptate & gratia teneretur com-  
ponendis carminibus: ab eo studio retractus est parentis monitionibꝯ: qui  
monere illum & assidue hortari non destitit ad oratoriam facultatem: ut  
qui ad questum & opes comparandas animum magis intendisset. Itaq̄ fa-  
ctum est ut Pub. Ouidius studium illud atq̄ curam absoluendi carmina in-  
mitteret, animumq̄ ad causas & forum conuerteret præceptoribus Arel-  
lio Fusco & Portio Latrone: cuius eloquentiam atq̄ eruditionem uehemē-  
ter admiratus est, neq̄ in ea re tulit uulgarem laudem aut cōmendationem  
ingenii sui: ut refert Anneus Seneca. nam & in priuatis & in centumuirali-  
bus causis præsedet, aliaq̄ præterea dignitates obiuit posteaquā uirilem to-  
gam sumpsit: & latumclauum adeptus est de quo habentur complura a-  
pud ipsum Ouidium diuersis locis: quæ sunt a nobis præmittenda stu-  
dio breuitatis. Cæterum cuz nihil animo suo potius foret q̄ uersari in otio  
litteratū posthabita omni cura rerū publicarū ad institutum suū rediit: ac  
totū se dicauit poeticæ facultati: unde ppetuū sibi nomē & quietē singula-  
rē fore spabat, mīme dubiū ē. eūde habuisse tres uxores, primā, n. sub ipa;

Seneca

adolescentiam ut inutilem parumq̄ se dignam repudiauit: cumq̄ ea more  
ueterum diuortium fecit, alteram bonis parentibus ortā, beneq̄ moratam  
sed parum stabili connubio sibi coniunctam mature dimisit. successit his  
Perilla: cuius egregiam formam atq̄ probitatem pluribus locis extollit,  
neq̄ tantum dilexit eam maxima fide & beniuolentia singulari. Sed in poe-  
tica etiam erudiuit, magnaq̄ cura excoluit, quo factum est: ut Perilla exu-  
lanti marito fidem suam diligentissime seruauerit. Amicos habuit per mul-  
tos cum doctrina & generis nobilitate insignes: tum probitate ac moribus  
ornatissimos ut Albiū Tibullum: Cor. Seuerum: Sabinum: Sex. Pom-  
peium: Grecinum & Flaccum uiros consulares: quorum familiaritate inti-  
me usus est, Messalam prætereo Albinouanum: Aemiliū Macrum: Ma-  
ximum & alios complures: cum quibus (ut ipse refert) cōiunctissime uixit  
Relatum est a Suetonio Tranquillo Iulium Higinium (qui Augusti liber-  
tus fuit summoq̄ ingenio & doctrina præstitit) familiarissimum fuisse Oui-  
dio Poetæ, de ipsius operibus haud magnum operæ præcium est pluribus  
agere, cum multi de hoc scripserint, eaq̄ uulgo satis nota sint ex cōmenta-  
riis nostrorum grammaticorum & sane hic unus præter ceteros omēs ui-  
detur plura atq̄ uaria pœmatum genera descripsisse. In eo opere (cui titu-  
lum fecit Metamorphoseon) secutus est Partheniū Chium Poetaz, qui græ-  
ce scripsit præclarum poema pari argumento: & materia simili. Id Ouidiū  
opus in tanto precio habitum est græcorum ingeniis: ut illud conuerterint  
in suum sermonem, est enim refertum uaria atq̄ multiplici eruditiōe, quā  
q̄ ipse auctor in emendatum atq̄ imperfectum reliquit: ut ipse testatur uer-  
siculis additis, nam absente illo atq̄ etiam nesciente æditum est in uulgus  
ab amicis, Fastorum libros sex composuit, eosq̄ ad Germanicum Drusi fi-  
lium misit, reliquos per importunum obituꝝ: & aduersam exilii fortunā  
(ut pleriq̄ putant) non potuit perficere, is tamen alicubi asserit duodecim  
a se compositos, opus quidem eruditum & plenum magna & copiosa rerū  
scientia.

Sex ego fastorum scripsi: totidemq̄ libellos  
Cumq̄ suo finem mense libellus habet.

de amoribus libros tres: in quibus sub ficto nomine Corinnæ maxime  
probauit ingenium suum: complures etiaꝝ epistolas: in quibus est usus  
mira elegantia & artificio singulari ut Critici asserunt. In elegia habi-  
tus est paulo lasciuior: ut qui nimium quādoq̄ indulxerit ingenio suo  
prætereo libros artiū amandi & remediorū: in Ibiis: de obitu Drusi: epi-  
grammata: & pœmata cōplura: q̄ ab eodē cōposita sunt: ut grāmatici uete-  
res testāt. q̄dā tñ falso atq̄ improbe ad eū referūt: ut carmē de uocibꝯ auiū  
d pulice: & alia idigna, p̄fus atq̄ aliēa ab igēio & doctrina tāti Poetæ, uolu-

Suetonius

Parthenius chiis poeta

Epigrammata omdij



men præterea scripsit alieuticon, in quo complexus est uaria & inaudita ad eam diem nomina pisciuꝝ, quod amissum est ( ut alia multa eiusdem auctoris iniuria hominũ & longa uetustate insequentium temporũ. Idem Ouidius magnopere cõmendatus est in Medea tragedia propter ipsam elegantiam & sententiarum grauitatẽ: ut Cor. Tacitus & Fabius Quintilianus referunt. In urbe secundũ capitolium habitauit, hortosq; habuit in colle positos: qua uia appia cõiungebatur cum flamminia, in his magna animi uoluptate uersari consueuit, suumq; otium mitioribus curis traducere: relegatus est a Cæs. Augusto in pontum ad oppidum Tomos: quo tempore Ouidius maiorem quietem atq; otium dari sibi sperabat recolendis ueterib; studiis: ut qui accessisset ad ætatem prouectiorem, causam uero tam sæui tamq; inciuilis exilii uarie multi (ut in re ancipiti euenit) interpretantur, alii hoc referunt ad eos libros: qui ab eo scripti sunt de amoribus, quod essent paulo lasciuiore ut est auctor Sex. Aurelius, qui de Rom. principibus scripsit pleriq; existimant prouenisse hoc ex adulterio cũ Liua Augusti filia, qua in re & si pub. Ouidius nihil omnino aperte retulit, tamen alicubi uidetur id ipsum insinuare uelata proprii criminis causa, itaq; Sidonius Apollinaris uidetur existimasse ob id fuisse illum relegatum ab Augusto: ut satis declaratur his uersibus.

Nec te carmina per libidinosa  
Notum naso tener: tomosq; missum  
Quondam Cæsareæ nimis puellæ  
Ficto carmine subditum corinnæ.

Hoc idem innuit Ouidius cum refert.

Lingua sile: non est ultra narrabile quicq;  
& alibi seruata ratione obstinati silentii.

Nec breue: nec tutum est peccati quæ sit origo  
Dicere: tractari uulnera nostra timent.

minime autem obscurum est Liuiam Aug. principis filiaz deflagrasse magna libidine: & infamem fuisse uulgatis per urbem adulteriis: ut ab antiquis scriptoribus refertur, quapropter inclinatus: ut existimem haud satis potuisse Octauium sibi temperare: quo min; deseueret in Poetam Ouidium conficta causa noui criminis: quod impudicis carminibus operam atq; studium posuisset. In exilio supra septẽ annos uersatus est, cumq; illi uiuendum foret inter incultas atq; barbaras nationes, tantum sibi promeruit gratiæ atq; studii bene præclareq; agendo: ut in eius obitu Getæ illi ac Tomitani populi tenere lacrimas non potuerint. Fuit enim Ouidius moribus apprimè honestis & facilitate mirifica ad conciliandum sibi ingenia hominũ, quodq; in primis dignũ è summa

Cor. Tac.

Fabi?

Sex. Aur.

Sidonius?

Ouidius

Ouidius

admiratiõ: cũ geticũ sermonẽ atq; sarmaticũ didicisset: præmata descripsit Getica lingua: laudesq; Cæsari decãtauit, obiisse tradiẽ eodẽ anno quo. T. Liuius: q; nobilissimus auctor habit; est in Rom. historia describẽda, sepultusq; fuit iuxta oppidũ tomos ut Eusebius testat, p. multi scriptores cũ ueteres: tum iuniores deplorarũt obitũ illius ut indignũ atq; miserabilẽ habita detestatione tã sæuæ tamq; calamitosæ relegationis, sed elegãter in primis & copiose (ut ego existimo) Ang. Politianus id fecit his uersibus.

Et iacet euxinis uates Romanus in oris  
Romanum uatem barbara terra tegit  
Terra tegit uatem: teneros qui lusit amores  
Barbara: quam gelidis alluit hister aquis  
Nec te Roma pudet: quæ tanto in mitis alumno  
Pectora habes ipsis barbariora getis  
Et quis io musæ scythicis in finibus agro  
Tædia qui morbi demeret ullus erat.  
Ec quis frigidulos: qui lecto imponeret artus  
Aut qui dulciloquo falleret ore diem  
Aut qui tentaret salientis tempora uenæ.  
Aut fomenta manu qui præperata daret.  
Conderet aut oculos media iam morte natantes  
Aut legeret summam qui pius ore animam  
Nullus erat: nullus: ueteres tu dura sodales  
Heu procul a ponto maria Roma tenes.  
Nullus erat: procul ah coniunx: paruiq; nepotes  
Nec fueras profugum nata sequuta patrem  
Scilicet inmanes bestii flauiq; coralli  
Aut uos pelliti saxea corda gethæ  
scilicet horribili dederit solamina uultu  
Sarmata ab epoto sæpe uehendus equo  
Sarmata: cui rigidam demisso in lumina frontem  
Mota pruinoso tempora crine sonant  
Sed tamen & Bessi extinctum: & fleuere coralli  
Sarmataq; & durus contudit ora gethes  
Extinctum & montes flebant: & silua feræq;  
Et fleuisse in mediis dicitur ister aquis  
Quin etiam pigro concretum frigore pontum  
Nereidum lacrimis intepuisse ferunt.  
Accurrere leues paphia cum matre uolucres  
Arsuroq; faces supposuere rogo.

Eusebius?



## LIBER.

Quem simul assumpsit rapidæ uiolentiæ  
 Reliquias tecto composuere cado.  
 Impositumq; breui signarunt carmine saxum.  
 Qui iacet hic: teneri doctor amoris erat.  
 Ipsa locum late sancto cytherea liquore  
 Irrorat niuea terq; quaterq; manu  
 Vos quoq; pierides uati libastis adempto  
 Carmina: sed nostro non referenda sono.

Cassius Seuerus.

*Ouidius*  
 Cassius Seuerus patria fuit Parmensis: ut ab auctorib<sup>9</sup> tradit: gram-  
 matici ueteres referunt eum scripsisse elegiacum carmen & epigrammata  
 neq; a studio Tragediarum abfuisse. Pub. Ouidius enumerat hunc Se-  
 uerum inter eos Poetas: qui sua ætate claruerunt: ut Sabinus: Montanus:  
 Melissus: Propertius & alii plures. relatum est: eundem Cassium in acie uersa-  
 tum: & pro Bruto & Cassio strenue operam suam nauasse. quibus superatis  
 Athenas se recepit ad studia litterarum: ibiq; (duz in otio uersatur) a. Q. Va-  
 rio dicitur interfectus opera & consilio Octauii Aug. illud notissimum est  
 Horatium Flaccum in furore animo fuisse contra hunc Cassium, quod ab eo plu-  
 ribus locis demonstratur: sed præcipue Iambico carmine: quo Poetam Ar-  
 chilochum expressit. nam concitato animo atq; acri illi est infectatus. neq;  
 me preterit: quatum decipiantur quidam nostra ætate: qui Cor: Seuerum p.  
 Cassio temere acceperunt. fuit alter Cassius Seuerus hisdem ferme tempori-  
 bus. qui in causis: ac Romana eloquentia magnopere excelluit: de quo dixi-  
 mus satis in libris de oratoribus.

Domitius Marfus.

*Martia*  
 Domitius Marfus Poeta insignis est habitus in scribendis epigramma-  
 tis: ut ueteres testantur. Pub. Ouidius & hunc ipsum nominat inter  
 Poetas sui temporis: ut Cor. Seuerum: Montanum: Pedonem: Rabirium: &  
 reliquos. laudatur eius epigrammata cum ab aliis. tum a Val. Martiale: qui  
 ad exemplum illius lasciuam uerborum licentiam excusat in suis carminibus. Idem  
 Marfus composuit bellum Herculis contra Amazones. eoque argumento uo-  
 cauit Amazoniden suum opus. in quo non magnam laudem adeptus est: ut ex  
 antiquis auctoribus possumus colligere: uulgatis uersibus: in quibus Poe-  
 ta Persio postponitur. Melenem puellam dilexit: eamq; celebrauit longo car-  
 mine: ut Catullus Lesbiam. quo circa sic de Marso Val. Martialis.

*Martialis*  
 Nota tamen Marfi fusca Melenis erit  
 Citatur hoc carmen Marfi de Orbilio grammatico  
 Si quos Orbilius ferula scuticaq; cecidit.  
*Horati*  
 fuit enim Orbilius paulo asperior in discipulos. & ob id ab Horatio pla-

## TERTIVS

gofus uocatus. Hæc sunt quæ legimus apud ueteres de Domitio Marso.  
 Iulius Montanus.

Vilius Montanus in poetica nobilis habitus est. a Pub. Ouidio re-  
 fertur inter eos Poetas qui sua ætate claruerunt: ut Sabinus: Melis-  
 sus: Priscus: Camerinus: Marius: Seuerus: & alii plures. primum  
 tempus causis: atq; declamationibus dedit: suumq; ingenium diligenter ex-  
 coluit cum Castio: Arellio Fusco: Asinio: Marcello Aesernino: & aliis. com-  
 mendatur præcipue Montani urbanitas & lepor. quo factum est: ut Tib. Ca-  
 sari pergratus haberetur. scripsit poemata uersibus exametris ac pentame-  
 tris. in quibus non uulgarè laudem meruit: ut copiose asserunt Ouidius &  
 Anneus Seneca. reprehensus est a quibusdam. quod in suo carmine parum  
 prudenter quadam repeteret. quo uitio & Ouidius dicit laborasse. quo cir-  
 ca dictum pereleganter est a Scauro: non minorem esse uirtutem scire desin-  
 nere: quam scire dicere. referuntur ab antiquis Montani uersus. in quibus or-  
 tum solis atq; occasum descripsit. unde festiue dictum commendatur Nactæ  
 uiri clarissimi. carmen id est.

Incipit ardentem phæbus producere flammam  
 Spargere se rubicunda dies. iam tristis hirundo  
 Argutis redit uisus cibus immittere nidis  
 Incipit: & molli partitos ore ministrat.  
 & paulo mox.

Iam sua pastores stabulis armenta locarunt:  
 Iam dare sopitis nox pigra silentia terris.

C. Germanicus Aug.

C. Germanicus Aug. ex nobilissima Claudiorum familia ortus est.  
 patre Druso: ac diligenti cura in urbe eruditus. tantum profecit sub  
 primam adolescentiam in optimis disciplinis: ut incredibile dictu  
 sit. quantum ab antiquis scriptoribus commendetur. Suetonius ac Fabius Quin-  
 tilianus maximis laudibus eius ingenium atq; opera extollunt: & si paulo  
 iunior ea ipsa composuit. Idem Germanicus in causis præterea uersatus est.  
 & his quidem triumphalibus. Inter alia studia græcas comedias a se æditas  
 reliquit: & opus Arati de rebus celestibus in Latinos numeros conuertit. ni-  
 hil commotus. quod a M. Tullio foret interpretatum: ut obseruatum est a  
 Hieronymo. Quintilianus inter Poetas heroicis hunc constituit. quo lo-  
 co enumerat Val. Flaccum: Saleium Bassum: Rabirium: & Lucanum. quid  
 nquit Germanici operibus sublimius: doctius: & omnibus denique nume-  
 ris præstantius. quæ bella canere melius potuit: quam qui sic ægerit. reliqua omit-  
 timus. ne uideamur plura nunc repeteret: quam institutum opus patitur. co-  
 gnomen Germanici a deuictis Germanis reportauit: contra quos magno ex

E



ercitu ac summis uiribus dimicauit. uxore Agrippinam habuit. M. Agrippæ filiam: & ex ea liberos plures procreauit. traditum est eum obiisse in urbe Antiochia: cum quartum ac. xxx. annum ageret. neque sine suspitione ueneni. Tiberio auctore tali facinoris: ut Suetonius putauit. quæ res credita est non modo propter liuores qui toto corpore extiterunt. sed ex ipso etiam corde. quod igni ad motum cremari haud potuit. Pub. Ouidius opus suum de Romanis Fastis: ad hunc Germanicum misit: eiusque doctrinam tanti fecit ut inter egregios Poetas illius nomen rettulerit. nec defuerunt: qui existimarent ab eodem Germanico compositum fuisse epigramma illud uulgatum de puero Tracensi. quod equidem propter egregiam: singularemque in eo genere elegantiam: subiciendum existimaui.

Thrax puer astricto glacie: dum luderet æbro  
Frigore concretas pondere rupit aquas.  
Dumque imæ partes rapido traherentur ab amni.  
Præsecuit tenerum lubrica testa caput.  
Orba quod inuentum mater dum conderet urna  
Hoc peperit flammis: cætera dixit aquis.

Cæsius Bassus Lyricus:

Aæsius Bassus inter Poetas Lyricos relatus est. floruit ætate Claudii principis: & usque ad Flauiorum Imperium uenit. quod ipsum Fab.

Quintilianus testatur. qui refert illum a se uisum: quo tempore liberos suos de oratoria institutione componeret. fuit hoc obseruandum ea ratione: ut facilius de uitemus illorum errores: qui parum prudenter de Cæcio Basso differunt. Idem libros aliquot scripsit uario & multiplici carmine: ut Flaccus apud nos: & Pindarus apud Græcos. ueteres auctores cum de Poetis lyricis agunt: Horatium Flaccum & Cæcium Bassum præcipue enumerant: qui legi mereantur. Diomedes quoque grammaticus mollosicos numeros refert (qui durissimi habentur) a Cæcio Basso compositos. amicos habuit Pub. Ouidium: & Persum Satyrarum scriptorem. qui ad hunc Bassum scribens ita illum alloquitur.

Persus  
Admouit iam bruma foco te Basse fabino  
Iam ne lyra: & tetrico uiuunt tibi pectine chordæ  
Mire opifex numeris ueterum primordia uocum  
Atque marem strepitum fidis intendisse latinæ.  
Mox iuuenes agitare iocos: & pollice honesto.

Egregios luisse senes. neque defunt: qui scribant: eundem Cæcium cum uilla sua conflagrasset ardente uesuo monte ignibus late estuantibus. celebres fuerunt hisdem ferme temporibus Aufidius Bassus historiae auctor: & Salsius Bassus Poeta Epicus. de utroque dicemus suis locis.

Aemilius Macer Veronensis:

Emilius Macer patria Veronensis fuit: ut quidam existimant. ingenio & doctrina traditè præstitisse: quod eius carmine satis indicauit. floruit his maxime temporibus. quibus Messala Coruinus: & Asinius Pollio in latina eloquentia claruerunt. id cum aliis multis colligit. tum ex Pub. Ouidio. qui comes illi fuit. dum iter faceret in Asiam. ac Siciliae Regionem plustraret. Amicos præcipue habuit Albiu Tibullu: & Ouidiu ipsu: cum quibus pro suauitate moru: atque communia studia magna familiaritate uersatus est. Idem Macer præter opus de Bello Troiano. scripsit etiam libros de uenenatis animantibus ac de herbis: secutus Nicandru Poeta Colophoniu. in quibus non mediocrem laudem tulit suæ diligentia atque laboris. Fabius Quintilianus elegantiam carminis in hoc Poeta commendauit. ac legeda quidem esse illius opera refert. & si ad eloquentiam oratoris non multum pertinere uideantur: Nonius Marcellus Aemilium Macrum citat: in Theogonio referens id carmen.

Et nunc agrestes inter picunus habetur.

obiit in Asia paucis annis post Pub. Vergiliu: ut ab Eusebio relatum est.

.C. Rabirius.

.C. Rabirius Poeta insignis habitus est: ut a multis traditur: Fabius Quintilianus cetero omnium pene scriptorum posuit hunc Rabiriu in eorum poetarum numero: qui Epicum appellatur. Sicuti Varrone Atacinu: Cor. Seueru: Salsiu Bassum: Lucanu & alios. Laudaet maxime ab Anneo Seneca & Ouidio: quod in suis carminibus multum animi ac uirium demonstrat. uerba Senecæ hæc sunt de Rabirio. egregie mihi uideat. M. Antoni apud Rabiriu Poeta exclamare. cum fortunam suam ad alios trahentem uidet: nihilque aliud sibi relictum præter ius mortis.

Hoc habui: quodcumque dedi.

parum mihi compertum est: an idem sit hic Rabirius: qui Satyras scripserit quod a Fulgentio refertur. Rabirius inquit in Satyris de Mecennia. Abstemium temulenta fugit Mecennia nomen.

hæc sunt: quæ legimus de .C. Rabirio apud ueteres auctores.

.L. Anneus Seneca Tragicus.

.L. Anneus Seneca natione Hispanus: patria Cordubensis fuit: inter eos poetas refertur: qui tragedias scripserunt: ut Pacuuius Accius: Attilius: & Propertius secundus. qui eadem ætate claruit: & cum ipso Seneca paribus studiis uersatus est in faciendis tragediis: ut Fabius Quintilianus testatur. in magno proci habitus est: & ob elegantiam ingenii plurimum comedatus. scripsit Tragedias. x. in quibus pro sublimitate carminis: grauitateque sententiarum non uulgarem laudem consecutus est. & si tunc illa (in qua incidit) magna ex parte aduersa extiterunt melioribus disciplinis. In suis fabulis Euripidem atque Eschilum traditè imitatus.

E z

Suetonius

Fabius Quintilianus

Diomedes

Persus

Ouidius

Fabius

Nonius

Eusebius

Fabius

Seneca

Ouidius

Seneca

Fulgentius

Fabius



tus. quæ res facile intelligit ab his: qui paulo diligentius eas obseruabunt. Qui scribunt Poetâ huc filiû fuisse Annei Senecæ: q in stoicorû disciplinis magnope claruit: cõiecturis tantû nitunt. neq; hæc rē (ut lego existimo) ullis auctõribus asserunt. nime at dubiû ē: duos fuisse Senecas: quorû alter in phi

*Hieronym**Martialis**Sidonius*

losophiæ studiis p̄clarus atq; excellēs habitus ē. Itaq; diuus Hieronym⁹ pp̄ egregiâ illius p̄bitatē: singularēq; uitæ cõstantiâ (ut puto) iter auctores christianos collocauit: q̄ res optis rationibus & antiq; scriptoribus p̄bat. Val. Martialis duos celebrat Senecas: & unicû Lucanum ex eadē corduba. Sidonius Apollinaris in suis poematis: sic de Anneo Seneca scribit ad Felicē eo

carmine: in quo de latinis Poetis differit. Non quod Corduba præpotēs alumnus Facundum ciet hic putes legendum Quorum unus colit hispidum Platona Incassumq; suum monet Neronem. Orchestram quatit alter Euripidis Pictum fecibus Eschilum secutus Aut plaustris solitus sonare Thespim. Qui post pulpita trita sub cõthurno Ducebat olidæ patrem capellæ.

ex his m̄ifeste colligit qd existimari debeat de utroq; Seneca. p̄cipue qd elici p̄t ex Octauia eiusdē Tragedia: in q̄ Neronis scelera: & crudelissima flagitia copiose enumerant. gr̄matici ueteres uidentē maximi fecisse p̄ter ceteros oēs Pacuuiû & Acciû in scribēdis Tragediis: ut alibi diximus. nō me præterit: q̄ multa scripta sint. de hoc Seneca a Xicone Poletano. sed is mihi uidetur abuti sua diligētia: & aliorum iudiciû contēnere: qui tam anxie defatigatur in re minime dubia explicanda.

.C. Asinius Gallus.

C. Asini⁹ Gallus patrē habuit Asiniû Pollionē uirû cõsularē. & i Romana eloquētia excellētē. Filius Asinius diligētia & studio patris secutus ē p̄rio disciplinā paternā. deinde in Poetica suuz ingeniu p̄cipue excoluit. Anneus Seneca & alii ueteres oratorē & Poetâ huc faciunt. asserunt a nostris gr̄maticis uersiculi aliquot Galli Asinii. ex qbus apparet: quantû ualuerit in scribēdis epigr̄matis & acumine & gratia. fecit iter cetera carmē de Põponio gr̄matico: que pugilē fuisse iocat. C. quoq; Plinius de Asinii epigr̄matis meminit: in epistola ad Pontiû. dicit eni scriptos libros a Gallo Asinio. de cõptiõe patris & Cicerõis. in qbus amores. M. Tullii cû suo Tyrone rettulerit. itaq; sic Plinius de Poeta Gallo.

*Seneca**Plim⁹*

Cum libros Galli legerem: quibus ipse parenti Aufus de Cicerone daret: palmamq; decusq;

Lasciuum inueni uersum Ciceronis: & illo Spectandum ingenio: quo seria condidit: & quo Humanis salibus multo: uarioq; lepore Magnorum ostendit mentes gaudere uirorum:

Celebrant adhuc carmina quædã sub noie Galli Asinii de puero Hippo lito quē unice dicit dilexisse: sed parû mihi comptuz: an hoc asseratur a probis auctõribus. quidã scripserunt hunc Gallum Tiberio principi inuisum: & ob id magnis suppliciis ab eo fuisse occisum.

A. Persius Flaccus:

A. Persius Flaccus Volaterris ethruriæ oppido nat⁹ ē. quidã existimant lunis. quod hoc uideat insinuari ab ipso Persio. Eusebi⁹ certe & gr̄matici ueteres Volaterranû faciunt. In scdo ordine p̄man sit: ut adnotatû est. cõstat eû claruisse his dē ferme t̄pibus. qbus Domitius Nero Impium Romanæ urbis suscepit. In gr̄matice p̄ceptorē habuit Rhēnium Palemonē Vicetinu: q̄ grauissimas inimicitias dicit exercuisse cû. M. Varrone. In rhetorice Flauiu⁹ uerginiû: si fides adhibeat gr̄maticoruz cõmētariis. q̄ eundē Persiu⁹ exposuerunt. Anneus uero Cornutu⁹ (q̄ philosophiæ studio excelluit) magna diligētia singulariq; obseruatiõe coluit. cūq; eo familiarissime diu uixit. qua in re mirifice gratulatur Persius sibi ipsi qd illi cõtigerit Cornutu⁹ habere p̄ceptorē. optimaq; illius disciplinā atq; in stitutionē sequi: ut amice ac libere ad eum scribit.

*Eusebi⁹*

Cumq; iter ambiguum: & uitæ nescius error Deducit trepidas ramosa in compita mentes Me tibi suppositus: teneros tu suscipis annos Socratico Cornute Sinu:

*Pers⁹*

Amicos p̄terea maxie dilexit Anneû Lucanû: Cæsiu⁹ Bassum: q̄ in lyricis carmibus claruit: & Macrinu⁹. quod apte colligit: cū ipsius Persii uersibus. tu⁹ ueteruz cõmētariis. p̄bis moribus fuit & egregia uitæ integritate quo circa cõtinerere se nō potuit: qn ipm quoq; Neronē: eiusq; iniquissima flagitia liberi⁹ accusaret: ut q̄ sub Mydæ Regis noie illuz irriserit. Satyrica quadã urbanitate: s; admonente Cornuto carmē imutauit. Cõposuit Satyras numero sex. præfatus i his multû se laboris atq; diligētia posuisse. neq; se repete Poetâ p̄diisse. nō defunt: q̄ scribat: impfectû fuisse hoc op⁹ a Persio relictuz. quod mihi uerisimile uidetur: pp̄ imaturû illius obitû euz publicarenē Persii Satyræ. miruz ē q̄ fuerint iudicio eruditorû approbata: itaq; maiorē laudē atq; ampliorē cõmendationē meruit. q̄ gr̄ade illud atq; opoz p̄ema Marfi. qd Amazonidis nomine inscripsit: ut Fabius: & Val. Martialis testatur.

*Fabi⁹**Martialis*

Sæpius in libro memocratur Persius uno Quam totus magna Marsus Amazonide:





## LIBER

*Eusebio*  
secutus est in scribendis Satyris Poetā Luciliū, qui acerrimus fuit in notandis atq; insectādis Romanorū uitiis. relatū est ab Eusebio: eū periisse cū non dū .xxx. uitæ annū cōpleuisset, quo tēpore Nero Imp. oīm scele- rū cumulatiſsim⁹ cū cātorib⁹ ac scānicis hominib⁹ in Theatro decātauit habitus ē in maxio precio alter. C. Persius ob singularē doctrinā: cui⁹ iu- diciū atq; grauiſſimā censurā; Lucilius reformidare se dixit. sed hæc suo loco exponentur.

Cor. Seuerus.

*Fabi*  
*Fabi*  
Corn. Seuerus iter Poetas Epicos relatus ē ab antiq; auctoribus. in genio fuit magno: & in scribēdis uersibus facili. constat eundē diu fuisse uersatū in agēdis declamationib⁹, qua in re ingeniū suū atq; eruditionē maxime probauit cū in eodē officio foret alii cōplures: ut Asi- nius Pollio: Pompeius Sylo: Arellius Fuscus: Sextilius Hena: Cæstius Pi⁹ Portius Latro: & Aufidius Bassus. *A Fabio Quintiliano* ita cōmenda: ut uersificator: q̄ Poeta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa opus de Bello Siculo: quod ab eo absolutū nō est pp̄ importunū obitū. quod si po- tuisset illud p̄ficere ad exemplū primi libri merito sibi secundū locū uin- dicasset: ut ab eodē Fabio relatū est: q̄ alia inquit Seueri opa maximā indo- lē & admirabilē gratiā indicasse. afferunt uersus Cor. Seueri a nostris gram- maticis: ex qbus colligi pōt: q̄tum præstiterit ingenio & doctrina: sed appo- nemus carmen illud: in quo elegāter defleuit interitū. *M. Tullii*, quod etiā ab Anneo Seneca magnopere cōmendatum est.

*Seneca*  
Oraq; magnanimum spirantia pene uirorum  
In rostris iacere suis: sed enim abstulit omnes.  
Tanq̄ sola foret rapti Ciceronis imago  
Tunc redeunt animis ingentia consulis acta  
Iurataq; manus. deprensāq; fædera noxa.  
Patriciumq; nefas. est nunc & pæna cathegi.  
Deiectusq; redit uotis Catilina nefandis.  
Quid fauor aut cætus: pleni quid honoribus anni.  
Profuerunt: sacris exacta quid artibus ætas.  
Abstulit una dies æui decus: ictaq; luctu  
Conticuit latæ tristis facundia linguæ.  
Vnica sollicitis quondam: tutela salusq;  
Egregium semper patriæ caput: ille senatus  
Vindex ille fori: legum: ritusq; togeq;  
Publica uox eius æternum obmutuit armis.  
Informes uultus: sparsamq; cruore nefando  
Canitiem: sacraq; manus: operumq; ministras.  
Tantum: pedibus cuius proiecta superbis

## TERTIVS

Proculcauit ouans: nec lubrica fata deosq;  
Respexit: nullo luet hoc Antonius æuo.  
Hoc neq; in hemathio mitis Victoria peræ.  
Nec te dire Siphax non fecit in hoste Philippo  
Inq; triumphata ludibria cuncta Iugurta.  
Affuerat: nostraq; cadens ferus Hannibal ira.  
Membra tamen stygias tulit inuiolata sub umbras:  
Idē Cornelius carmē fecit de Ethna mōte. In quo nō uulgarē laudē conse- cutus ē. cū alii quoq; in eadē materia se exercuerint: ut Pub. Vergilius & Ouidius: hæc sunt quæ legimus de Corn. Seuero.

M. Anneus Lucanus.

*Eusebio*  
M. Anneus Lucan⁹ natione Hispanus patria Cordubēsis fuit. pa- trem habuit. L. Anneū Melam qui habitus est Senecæ & Gallionis frater: ut obseruatū est: in annalibus Eusebii. natalis eius traditur. C. Cæs. Germanico iterū: & L. Cæsiano Cos: delatus ad urbē cū in prima adhuc infantia esset. quo facilius p̄ atate in bonis disciplinis cultū ingeniū caperet. adolescēs factus illustres habuit præceptores in litteris Rhenniū Pa- lemonē: qui principē locū inter oēs grāmaticos tenuit. in Rhetoricis Flauī u; Verginiū: rhetorē illis tēporibus nobilissimū. tantūq; diligētia sua ac fa- cilitate ingeniū profecit: ut græce ac latinæ declamaret nō sine summa admi- ratione audientiū. Inter ceteros cōdiscipulos Saleiū Bassum: & C. Persiū qui Satyras scripsit: singulari beniuolētia dilexit. mutuisq; officiis profecu- tus est. apud Cæs. Neronē p̄ multū gratia & beniuolētia in prima atate po- tuit: adeo illi efficax fuit ingeniū ad promerēdos: conciliandosq; sibi anios hoīm. itaq; nō modo ad quæsturæ dignitatē p̄uectus est. Sed in augurum quoq; collegiū ascitus cōpositis uersibus de laudib⁹ Neronis. nō tamē per- māsit in gratia apud eū principē. q̄ alienas laudes molestissimo anio ferret. quiq; in repellēdis opprimēdisq; aliorū uirtutibus acerrimus ac seuiſsim⁹ foret. uxorē habuit nomine Pollā Argētariā de cuius ingenio atq; doctri- na multa referunt a Sidonio Apollinare & Papinio. qui maxima quadā re- uerētia inquit ad natale Lucani celebrandū se accedere & esse hoc imputā- dum Pollæ Argentariæ. cuius eruditio atq; nobilitas summa fuit. Val- quoz; Martialis multis carminibus Natalem Lucani describit. quale est il- lud contra Neronis iniquitatē.

Hæc est illa dies: quæ magni conscia partus.

Lucanum populis: & tibi Polla dedit.

Heu Nero crudelis. uullaq; inuisior umbra.

Debit hoc saltem non licuisse tibi.

Enūeranē a grāmaticis nr̄is. p̄ter op⁹ d̄ Bello Cæsaris & Pōpeiū: cōplura alia

*Sidonius*  
*Statius*  
*Martialis*



ab eodē Lucāo cōposita. in qbus maximā laudē adeptus ē ingenii & doctri-  
na. scripsit enī Saturnalia: Siluarū libros. x. Tragediā Medeā: quā nō absol-  
uit. de incēdio urbis: de incēdio Troiæ cū priami calamitate: Orpheū: fabu-  
las cōplures: & ep̄las: ex libris Pharfalia: tris prios emēdauit: cū uxore Argē-  
taria. reliquos imp̄fectos: atq; in emēdatos reliq; pp̄ intēpestiuū iteritū. *Fabius*  
*Quintilianus* auctor ē: Lucanū ip̄m magis annumerādū esse oratorib⁹  
q̄ poetis. est inq; ardēs & cōcitatus: sentētisq; clarissimis excellēs. In cōtio-  
nibus admirādus atq; excultus: adeo ut uideat̄ satis exprimere singularē il-  
lā elegantia: & maiestātē Vergilii. sūt q; scribāt eū periisse florētī adhuc etate  
cū nō dū. xxx. annū attigisset: sed referendū idest uerbis *Corn. Taciti.* q; de  
hoc agit in gestis Neronis. Attico uestino & Silio Nerua *Cos.* facta est cōspi-  
ratio cōtra Neronē Imp. principe tā fclari facinoris. C. Pisone. Lucanū p-  
prie causæ ad hoc accēdebāt: quod famā carminū eius Nero deprimebat: p-  
hibueratq; ostētare uanus assimulatōe. patēfacta at̄ cōiuratiōe Lucani cadez  
impauit Nero. Is brachiū dedit medico ad secādas uenas: & ubi p̄fluētē san-  
guine pedes frigescere. manusq; & paulatim ab extremis cadere spiritū: fer-  
uido adhuc: & cōpote mentis pectore itelligit: recordatus a se carmē cōpo-  
sitū: quo uulneratū militē p̄ eiusmodi mortis imaginez obiisse tradiderat.  
uersus ip̄os rettulit. eaq; illi sup̄ma uox fuit. Visit̄ adhuc Romæ in mar-  
moreis monumētis id ellogiū de Lucano Priscis litteris. M. ANNEO LV-  
CANO CORDVBENSI POETE BENEFICIO NERONIS CAES.  
SERVATA. S; apponēdū p̄terea ē carmē illd̄ uulgatū d̄ ip̄o Lucano.  
Corduba me genuit: rapuit Nero: prælia dixi.

Quæ gessere pares: hinc focer: inde gener.

Continuo nunq̄ direxi carmina ductu

Quæ tractim ser pant. plus mihi comma placet.

Pomponius Secundus.

*Fabius*  
*Pomponius* secundus nobili ac illustri familia natus: hisdē tempori-  
bus claruit in urbe: qbus optimi rhetores habiti sunt Portius La-  
tro: Domitius Afer: & Albutius Sylo: inter eos Poetas referit. qui  
tragedias cōposuerūt: ut Accius: Paccui⁹ & Attilius. relatū ē a Fab. *Quin-*  
*tiliano:* lōge oīm excelluisse hunc Pōponiū in eo genere carminis: quos ip̄-  
se uiderit. tāta enī doctrina atq; sublimitate excelluit: ut uulgo sit appella-  
tus Pindarus Tragicus. multa de Pōponio tradunt̄ ab antiq; scriptoribus.  
quæ copiose indicāt uixisse illuz in summa dignitate: & gratia apud nobili-  
ores ciuitatis. quod & C. *Plinius* asserit: qui duos libros cōposuit de uita  
& moribus Pōponii Secūdi. tantū illius nomini: summisq; uirtutibus cō-  
cessit. Germanico Cæsari gratissimus fuit. quē aliqñ cæna accepit: ut notatū  
est ab antiq; C. *Plinius* eundem Pomponium ciuē ac uatem clarissimū uo-  
cat. quo loco de monumentis Tib. & Cai Graccorū differit. afferuntur

*Plim⁹*

*Plim⁹*

uersus a Mauro Terētiano & aliis ueterib⁹: ex qbus facile intelligit̄ q̄tū ia. *Terentian⁹*  
cturæ factū sit: ex amissioe Tragediarū Pōponii. de obitu illius nihil apud  
auctores legimus.

Gn. Getulicus.

Gn. Getulic⁹ Poeta nobilis habitus ē in scribendis epigrāmatibus: ut  
grāmatici nostri tradūt. Val. Martialis ad exemplū Getulici carmi-  
na sua excusat: si paulo lasciuior ī illis uideat̄: relatū ē ab antiq; scri-  
ptorib⁹ fuisse ab eo dilectā puellā noīe Cæsenniā. magnocq; studio celebra-  
tā: ut Corinnā ab Ouidio: Lesbiā a Catullo: Argētariā a Lucano. qd̄ a Si-  
donio scribit̄ in epistola ad Hesperū: Val. *Probus* affert hos uersus Getuli-  
ci: cum de cardinibus cæli loquitur.

Non aries illū: uerno ferat aere cornu

Gnosia nec geminos præcidunt cornua tantum

Sicca Lycaonius resupinat plaustra bootes.

nomina a *Suetonio* Trāq̄llo. Gn. lētulus Getulic⁹: sed in dubio est: an *Suetoni⁹*  
idē haberi debeat. & si tēporū ratio satis cōgruit. hæc sūt fere: q; de Poeta  
Getulico legimus.

Sextilius Hæna.

Sextilius Hæna natiōe hispan⁹ patria Cordubēsis fuit: ex eodē mu-  
nicipio. quo Lucan⁹ Poeta: Anneus Gallio & uterq; Seneca. tradi-  
tū est de hoc Sextilio fuisse illū magis ingeniosuz: q; eruditū. & in  
suo carmine peregrinū quiddā & inequale retinuisse: ut ē auctor Seneca. In *Seneca*  
ter alia opa carmē cōposuit de laude & interitu. M. Tullii. quod ab eo reci-  
tatū est in adib⁹ Messala: Coruini: qua in re nō p̄mittā referre hoc loco:  
quod acciderit satis urbanū ac lepidū de Asinio Pollione. is enī cū esset con-  
uocatus ad audiendū Sextiliū nō potuit sibi tempore. quo minus indicaret  
quā infensus esset nomini. M. Tullii quāq; iniquo animo illius laudes acci-  
peret. nam cum principio Sextilius hoc carmen rettulisset.

Desendus Cicero. Latiazq; silentia linguæ.

Tum Pollio Asini⁹ uehemēter ea re p̄motus. Tu inq; Messala uideris qd̄  
tibi liberū sit in domo tua. ego istū nō sum auditur⁹: cui uideor mutus:  
& simul cōsurgēs discessit: ne cæteros uersus audiret. p̄ multa referunt̄ de  
hoc Sextilio: & ei⁹ ingenio: cū alibi: tū apd̄ Anneū Senecā in cōtrouersis.

Saleius Bassus.

*Alei⁹* Bassus hist̄ p̄ib⁹ Romæ claruit: qbus ī eloq̄ntia nobiles habiti  
sunt Domiti⁹ afer: Iuli⁹ scd̄s: Trachal⁹: & Vibi⁹ crisp⁹. ingenio mag-  
no fuit: & ī uersibus cōponēdis uehemēter excitato. iter eos poetas re-  
latus ē q; carmē. heroicū decantarūt. *Quintilianus* Val. Flaccū: Saleiū: Bas-  
sum: & Rabiriū inter epicos nominat. quo loco Vergiliū: Enniū ac Luca-  
num ponit: laudatur ab antiquis magnopere Saleius. neq; tantū ut uir op-  
timus. sed ut Poeta egregius atq; absolutissimus. coluit præcipua beniuolē

*Quintilian⁹*



tria & usu contubernii Lucanum Cordubensem: & Iulium secundum, qui inter summos oratores suae aetatis celebratur. Cæs. autem Vespasianus plurimi fecit Saleii ingenium atque doctrinam, tantumque illi concessit: ut inter illustria monumenta positum sit. Aug. Vespasianum quinquaginta. H. S. largitum fuisse Saleio Basilo, propter ingenium singulari eruditione, de quo scribitur coplura a Cor. Tacito. Iuuenalis quoque in Satyris de hoc Saleio meminit, eumque tradit maxime nobilem fuisse, sed exiguo ac tenui censu. hac de Saleio Poeta legimus.

Cor. Tacit  
Iuuenalis

Clodius Sabinus.

Clodius Sabinus Poeta satis nobilis: inter eos relatus est: qui elegiacum carmen scripserunt, primum tempus suae aetatis in causis atque declamationibus collocavit, cum Ouidio: Argentario: Cor. Seuero & aliis: qua in re magnam laudem consecutus dicitur ingenii & urbanitatis: ut est auctor Anneus Seneca: erat inquit Sabinus homo urbanissimus ac si quid illi defuit in eloquentia: urbanitate ac salibus pensavit, referunt dicta illius complura, ex quibus colligitur, quod comis & ingeniosus fuerit Sabinus. Scripsit opus de Bello Troiano: & inter epistolas aliquot: quae nostris temporibus leguntur: & ab Ouidio summa laude commendantur, perit immatura aetate: & ob importunum obitum non potuit incepta opera perficere.

Seneca

Ouidius

C. Peto Albinouanus.

C. Peto Albinouanus inter eos Poetas relatus est a ueteribus: qui epigrammata: & iocos scripserunt: praecipue claruit temporibus Neronis principis, ac in tenera aetate opera & studium posuit in declamationibus, quod ex Anneo Seneca facile colligitur, Ouidius Poeta enumerat hunc ipsum Pedonem cum illis: quae sua aetate carminum studio praestiterunt: ut Marsum: Rabirium Macrum: Montanum: Sabinum: & alios plures, ingenio eleganti: & urbano fuit: uersatusque in scribendis epigrammatis non sine magna commendatione sui nominis Itaque Val. Martialis refert se habere auctores (quos sequitur, Catullus: Petonem: Marsum atque Getulicum, & in primis cupere: ut sua carmina ad illorum extimationem atque gratiam accedant. Idem Peto laudatur ab Anneo Seneca: ut fabulator egregius: & maxime festiuus, Pub. Ouidium singulari beniuolentia dilexit, cumque eo in iocis: & communibus studiis familiariter uersatus est, Leguntur adhuc Pedonis uersus: quos dixit nauigare Germanico in Alexandri deliberatione de transfretando Oceano cum exercitu, nos eos subiciemus, quo facilius iudicari possit de illius ingenio.

Seneca

Martialis

Iam pridem post terga diem: solemque relictum.

Iam pridem notis extorres finibus orbis

Per non concessas audaces ire tenebras

Hesperii metas: extremaque littora mundi:

Nunc illum pigris immania monstra sub undis  
Qui ferat Oceanum, qui sauas undique pistres  
Aequereosque canes ratibus confurgere pransis  
Accumulat fragor ipse metus, iam fidere limo,  
Nauigia: & rapido desertam flamine classem  
Seq feris credunt per inertia fata marinis  
Tam non faeli laniandos sorte relinqui,  
Atque aliquis prora se dat sublimis ab alta  
Aera pugnaci: luctatus rumpere nisu  
Ut nihil erecto ualuit dinoscere mundo  
Obstructo talis effundit pectore uoces,  
Quo ferimur: ruit ipse dies, orbemque relictum  
Ultima perpetuis claudit natura tenebris  
An ne alio positas ultra sub cardine gentes  
Atque alium libris intactum quaerimus orbem,  
Dii reuocant: rerumque uocant cognoscere finem  
Mortales oculos: aliena quid aequora remis,  
Et sacras uiolamus aquas, diuumque quietas  
Turbamus sedes:

Vulcatius Sedigitus.

Vulcatius Sedigitus in poetica illustris est habitus: ut a C. Plinio refertur: qui hunc ipsum locis pluribus celebrat, Gellius complures uersus eiusdem Vulcatii repetit in atticis noctibus, ex quibus facile colligitur praestitisse illum ingenio: & multiplici doctrina, neque defunt apud ueteres: qui asserant appellatum fuisse Sedigitum ea ratione: quod singulis manibus senos digitos haberet, unde & Horatii filiae Sedigitae nuncupatae sunt, de quo scripsimus suo loco, Idem Vulcatius librum composuit de Poetis latinis senariis uersibus, quo opere iudicem se atque criticum praebuit in adnotandis atque iudicandis Poetis, quod & Lucilius: & Horatius Flaccus fecerunt, fuisse alterum Vulcatium constat: qui Romae nobilissimus est habitus, quique ius civile Caelium edocuit, quod & C. Plinius commemorat.

Plini?

Gelli?

Plini?



PETRI CRINITI PRAEFATIO LIBRI  
 QVARTI DE POETIS LATINIS  
 AD COSMVM PACCIVM  
 PONT. ARRETINVM.

Osteaquā de his Poetis Cosme Pont. Arretine accurate ac diligenter scripsimus qui summa elegantia, pariq; doctrina hoc munus obierunt. reliquū est ut de his etia; agam<sup>9</sup>. qui sequētibus saeculis in hac studiorū facultate ingeniu; suum excoluerunt. qua in re seruabimus ratione; temporum. ne quis me ipsum parū diligente; forte existimet in

his omnibus adnotandis. quā ad inchoatum opus uideantur pertinere. neq; potest accidere aliquid mihi gratius aut potius: quā prosequi institutum nostrum. quod a principio adolescentiā certis atq; optimis rationibus suscepī peruiigilandi in bonis studiis: ea; assidue meditādi: quā laborem atq; diligentiam nostrā uirtuti atq; posteritati cōmendent. Sed hāc alias transigemus. illud abste rogatum atq; impetratū magnopere uolum<sup>9</sup> pro tuo erga me animo atq; optima uoluntate: ut Maximi Tyrii orationes (quas in latinum sermonē paulo ante ex graeco conuertisti) ad nos aliquando mittas. maiora enim ac longe grauiora indies agitamur: quā mature ad frugem pducentur diis beneuolentibus. interim ad Statiū Papiniū & reliquos Poetas accedemus. quo cumulatius absoluamus hanc partem: & simul pleniori officio bonis ingeniis cōsulamus: neq; te latet magnum prouentum Poetarum extitisse his temporibus: ut C. Plinius refert.

*Plinius*

Pub. Statius Papinius.

Pub. Statius Papinius inter Poetas heroicis relatus haud ignobili genere ortus est. quidā scribunt maiores suos oriundos epiro: diuq; uersatos Sellis non sine cōmendatione ingerit atq; pbitatis. patrem Papinium habuit: qui ob insignē eruditionē egregiasq; uirtutes ciuitate Neapoli donatus est. in qua Statius Poeta natalē suū habuit. quā res cu; locis multis indicatur. tum illis praecipue carminib<sup>9</sup>. quibus Claudiā uxorem hortatur: ut relicta urbe Neapolim se recipiat. quo liberius atq; facili<sup>9</sup> animo suo indulgere posset. primā aetatem studiis litterarum & honestis disciplinis collocauit diligentia Papinii patris institutus. cumq; in Poetica facultate multum profecisset breui tempore adeptus est summā celebritate; nominis. Vxorem habuit nomine Claudiā. quā ingenio magno fuit: minimeq; uulgari doctrina: ut ipse Statius alicubi refert. quidam falso existimant eandē esse Pollam Argentariā. quā uxor Annei Lucani fuit: ut dictū est a nobis cōmodius. composuit multa & uaria poemata de qbus breui

ter agendum est. Thebaidē libris. xii. quos cōsecrauit Cæs. Domitiano. In hoc opere secutus est magna ex pte Poetā Antimachū. qui pari argumento maximū atq; operosissimū opus reliquit. neq; dubium est Poetam Statium in eo absoluendo mira sollertia usum & incredibili studio per. xii. annos. fateturq; libere & ingenue se magnopere adiutum a parēte suo in pernoscēda ac describenda locorū historia. & a se editū atq; publicatū iudicio ac motionibus Iunii maximi. qui per ea tempora excelluit magna eruditiōe & eloquentia. deinde aggressus est scribere opus de Achille. in quo maiore spiritu ac longiori carmine parabat exequi gesta illius atq; uirtutes. sed per inportunum obitū minime potuit inchoatum opus perficere. quidam existimant fuisse ab eo absolutū. ac maiori ex parte amissum iniuria temporū. Siluarum libros quinq; adidit auspiciatus a Cæs. Domitiano: qui studium poetica quātum potuit maxime simulauit. In his facile probauit Statius: quātum faueret bonis ingeniis: quātumq; amicorū studiis atq; officiis cōcederet. Idem tamen refert: se diu multumq; dubitasse in his libellis emitendis. qui subito calore & quadā festinandi uoluptate fluxerunt. De his Apollinaris Sidonius meminit. magnisq; laudibus prosequitur non modo in epistolis. sed in suis etiam endecasyllabis.

Non quod Papinius tuus: meusq;

Inter labdacios sonat furores

Aut cum forte pedum minore rithmo

Pingit gemmea prata siluularum

Inter ceteros amicos praecipue coluit Attedium Meliorem: Pollium: Scptimum: Stellam Patainū & Marcellum Victorium. ad quem Fab. Quintilianus libros suos misit de oratoria institutione. Cæs. Domitianus tantum studii atq; officiorum demonstrauit erga Poetam Statium: ut eum quandoq; suscepit magnifico atq; apparatissimo conuiuio: de quo scriptum est carmen a Statio adiecta laudatione principis. quem indulgentissimum uocat. Idem Domitianus donauit eum insigni corona & aliis muneribus atq; dignitatibus honestauit. filium amisit: cum in tenera aetate esset: cuius acerbum interitum defleuit pater maestissimus longiori carmine: ut habetur eo siluarū libro: quem Abascatio misit. minime dubiū est periisse Statium proecta aetate: ut grammatici nostri testantur. neq; inclinat animus: ut uerum esse existimē: quod a quibusda; scribitur: fuisse illum stilo praecuto occisum a Cæs. Domitiano. cum tam diligenter tamq; officiose multis ac uariis pœmatis blandiatur principi inextollendis atq; assidue celebrandis illius officiis. de Statio Cæcilio (q nobilissimus habitus est inter Comicos) diximus suo loco.

Silius Italicus.

*Sidonius*

*Fabi?*

F



Ilius Italicus Poeta Heroicus ex Hispania oriundus traditur de ducto genere ab Italica urbe nobili, unde cognomen reportauit. sed Romæ natus est (ut creditur) atq; etiam educatus, neq; obscura fama est principio adolescentiæ prese tulisse optimam indolē capiendis literis, cumq; studio & diligentia uehementer præstaret breui consecutus est: ut Romæ haberetur inter præcipuos oratores, nam magna solertia: & incredibili cura conatus est exprimere. M. Tullii eloquentia: quæ pre cæteris omnibus sibi proposuerat ad imitandum, sub Impatore Nerone dicitur famam suam lesisse accusatis atq; insimulatis nonnullis apud sæuissimū principem cum Vitellio gessit se prudenter & egregia uitæ honestate, mox factus est Asiæ proconsul: in quo manifesto apparuit: quanta modestia præstaret: ut quæ eam dignitatem gesserit singulari continentia & integritate maxima. Domitiano Aug. gratissimus fuit: eoq; auctore perductus est ad tertium consulatum honestissimis suffragiis, de quo leguntur adhuc uersiculi Poete Martialis, quibus uenerationem suam proficitur.

*Martialis*  
 Augusto pia Thura: uictimasq;  
 Pro nostro date Silio Camæna  
 Bissenos iubet en redire fasces  
 Noto consule: nobiliq; uirga  
 Vatis Castaliam domum sonare  
 Rerum prima salus & una Cæsar  
 Gaudenti superest adhuc quod optet,  
 Felix purpura: tertiusq; consul.

*C. Plinius*  
 C. Plinius multa refert de Poeta Silio in epistolis, qua in re minime alienum fuerit particulam subicere: quo facilius atq; cumulatius percipiatur quam eleganti ingenio fuerit atq; studioso in prosequendis optimis exemplis, plures uillas inquit possidebat, adamatifq; nouis priores negligebat, multum ubiq; librorum: multum statuarum: multum imaginum: quas non habebat modo uerum etiam uenerabatur, Vergilii ante omnes cuius natalem religiosius quam suum celebrabat: maximeq; Neapolim, ubi monumentum eius adire ut templum solebat, opus cōposuit libris, xvii. de bello Punico Secūdo non uulgari neq; absurdo carmine: & si illud maiore cura (ut traditur) quam ingenio perfecit, præcipue Maronem imitatus est: cuius ingenium atq; sælicissimam maiestatem admirabatur indescribendis carminibus, de hoc pœmate Sili Val: Martialis sic refert.

*Martialis*  
 Sili castalidum decus fororum  
 Qui per iuria barbari furoris  
 Ingenti premis ore: perfidosq;  
 Fastus Hannibalis: leuesq; panos

Magnis cædere cogis aphyricanis  
 Nostris ocia commoda camænis.

complura leguntur apud eundem Martialem de laude ingenii atq; optimæ eruditiōis Sili, quæ hoc loco præmittimus. In agro Neapolitano prædium habuit, in quo cum frequenter secederet: maxima animi uoluptate consueuit suū otium transigere, neq; dubium est eundem ad extremam pene senectutem deuenisse: ut qui maior septuagenario uitam finierit, nam morbo detentus insanabilis clauis singulari constantia obitum p̄posuit, sælix propemodum ac beatus usq; ad extremum diem: ut copiose relatum est a Plinio in epistolis.

*Plinius*

C. Val. Flaccus Setinus.

C. Valerius Flaccus Setinus inter eos (qui heroica decantant) Poeta multorum iudicio admirandus: Patauinus fuit iuxta Apollonium natus: ut a ueteribus traditum est, qui scribunt eius patriam fuisse maxime insignem natalibus Liuii: Stellæ: & Val. Flacci, itaq; hūc ipsum Val. Martialis Iaris antenorei alumnum appellauit, alii Setinum crediderunt ex Setia Campaniæ urbe, quæ haud p̄cul a Velitris fuit, unde in magno precio habita sunt Setina uina: ut ab antiquis scriptoribus relatū est & mirum uideri debet quāto spiritu Flaccus insurgat, quantaq; ingenii sælicitate inscribendo carmine præstaret, hic est ille Val. Flaccus in cuius obitu multum fuisse amissum, queritur Fab. Quintilianus in libris ad Marcel lum Victorium, extant ipsius octo uolumina de Argonauticis, quod opus dicatum est Cæs. Domitiano, uel ut alii uolunt patri Vespasiano, quonia; sic ad eum scribat in ipsa præfatione operis.

*Martialis*

*Fabius*

Eripe me populis: & habenti nubila terræ  
 Sancte pater: ueterumq; faue ueneranda canenti  
 Facta uirum: uersam proles tua pandit idumen  
 Namq; potes: Solymo nigrantem puluere fratrem  
 Spargentemq; faces: & in omni turre furentem.  
 scripturus erat multo plures libros: nisi mors intempestiua eū nobis eripuisset, uidetur autem in illis (qui supersunt) Apollonium Rhodiu; nō tantum argumento operis expressisse, sed etiam singulis quandoq; carminibus. Atacinus quoq; Varro pari titulo composuit libros de Argonauticis, quod alibi notauim⁹. Idem Flaccus inter amicos habuit Secundū: Maternum: Stellam & Val. Martialem: qui ad eum sæpius scribit: eruditio nemq; illius magnopere extollit, constat hunc mediocri censu ac pœne tenui fuisse, & prædium possedisse exiguū, in quo (ut Martialis refert) multifarum curas reponeret. Itaq; Martialis idem libere illum monet: ut reli-

F z



etis musis atq; ocio: malit in foro & causis agēdis uersari quoniam Poetarū studia parui admodum censerentur: ut his uersibus patet.

*Martia*

O mibi curarum precium non uile mearum

Flacce Antenorei spes: & alumne Iaris

Pierios differ cantusq; chorosq; sororum

Aes dabit ex istis nulla puella tibi

Quid tibi cum cyrba: quid cum permessidos unda

Romanum propius: diuitiusq; forum est.

Illic ara fonant.

habuit Flaccus puerum in delitiis: quem Amazonicum quidam appel-

lant: eius formam: indolem atq; uenustatem Martialis prosequitur elegā

ti epigrāmate, de alio Flacco (qui epigrāmata scripsit) suo loco dixim⁹.

*Martialis*

Dec. Iunius Iuuenalis.

Dec. Iunius Iuuenalis patria fuit Aquinas. quæ res non modo percipitur ex inscriptione ueterum codicum, sed his etiam uersibus: qui sub persona Vmbrii dicuntur.

Ergo uale nostri memor: & quotiens te,

Roma tuo refici properantem reddet Aquino

Me quoq; ad Eluinam cererem: nostramq; Dianam

Conuelle a Cumis.

natus est patre libertino: ut quidam credunt, alii ab eo institutum: pro-

q; filio habitum dicunt. temporibus Domitiani principis floruit. et sit

ad Neruæ ac Traiani ætatem peruenit, quod indicatur multis atq; uariis

locis, præcipueq; hoc carmine.

Et spes & ratio studiorum in Cæsare tantum

Solus enim tristes hac tempestate Camænas

Respexit: cum iam celebres noti q; Poetæ.

Balneolum gabiis: Romæ conducere furnos

Optarent.

in hoc eni; gratulatur Neruæ: quod inter alios principes maxime præsta-

ret summis officiis atq; affectibus in prosequendis atq; honestādis disci-

plinis. quidam putarunt referēdum esse ad Cæs. Domitianum: qui ma-

gnopere simulauit studium Poeticæ: ut auctores sunt Tacitus & Suetonius.

Frontonem grammaticū primo audiuit: summaq; diligentia ab eo

dicitur institutus, qui Romæ docuit illis temporibus magna celebritate

nominis: ut Gellius testatur, deinceps probauit ingenium suum in foro

& causis agendis, in quo magis uidetur elaborasse pro ueteri consuetudine

declamandi: quæ ut uersari diu uellet in eo studiorū genere, neq; de-

*Tacitus**Suetom⁹**Gellius*

sunt qui referant eruditum fuisse Iuuenale; præceptis atq; institutionibus Quintiliani: q per ea tēpora maxime excelluit inter cæteros rhetores. uersatus est maximo studio in scribendis Satyris: secutus exemplū Lucilii atq; Horatii, qua in re haud mediocrem laudē adeptus est iudicio eruditorum: cōpositis qnq; uoluminibus. In his enim facile ostēdit quam acrem se atq; uiolentum præberet accusandis atq; insectandis hominū uitiiis: ut qui molestissimo animo ferret corruptos ciuitatis mores. Inter amicos præcipuo affectu coluit Volusium Bithnicum & Coruinū. Val: quoq; Martialis plurimum detulit Iuuenali, suumq; studium atq; singularem beniuolentiæ pluribus locis testatus est: ut his uersibus apparet.

*Martialis*

Cum Iuuenale meo: quæ me cōmittere tentas

Quid non andabis perfida lingua loqui.

quidam grammatici tradunt eundem accessisse ad ultimam senectutem: & in remotissimam ægypti partem missus a Cæs. Domitiano sub prætextu demandatæ dignitatis: ubiq; senio confectum ac nimio uitæ tædio periisse quod ego non dum reperio apud eos auctores: qui pro receptis ac fide dignis habentur.

Aruntius Stella Patauinus.

Aruntius Stella nobiligenere natus est familia honesta & consulari, in qua seruato a maioribus ordine perpetuam dignitatē retinuit id satis colligitur ex his uersibus Poetæ Papinii.

*Stati⁹*

Clarus de gente latina

Est iuuenis: quem patriciis maioribus ortum

Nobilitas gauisa tulit: præfagaq; formæ

Protinus e nostro posuit cognomina cælo

Val. Martialis oriundum Patauius refert, cum scribit Aponi regionē magno precio haberi ob natalem Liuii: Stellæ, ac Flacci, claruit autem per

*Martialis*

ea maxime tempora: quibus Flauii Cæs. Romæ imperarunt, tantūq; scri-

bendis carminibus dicitur præstitisse: ut inter optimos Poetas habitus sit

in pœmatis absoluendis: ut satis testantur Martialis & Papinius, qui eū-

*Martialis*

dem stellam clarissimum Poetam uocat, Violantillam puellā Neapolitanam cum uehementer diligeret impetratis nuptiis uxorem accepit, de

*Stati⁹*

quibus complura leguntur apud ueteres, Martialis eam appellat Ianthi-

*Martialis*

dam græco nomine, Idem Stella usus est magna familiaritate cū Iulio Se-

cundo & Val. Martiale, Papinius uero tanti fecit ingenium atq; eruditio-

nem Stellæ: ut minime dubitauerit dicare illi sua pœmata: eiusq; laudes

& epistolis & carminibus æditis prosequi: inter alia (quæ dicuntur a Stella composita) elegiæ ponuntur & opus de Asteride. Sed in primis lauda-



*Martia*

tur eiusdē pœma de iteru colūbæ . quod a Martiale præpositū est Catulli  
anis uersibus de passere Lesbia . sic enim refert .

Stella delitium mei columba

Verona licet audiente dicam

Vicit maxime Passerē Catulli

quantū præstiterit in urbe publicis dignitatibus atq; honoribus satis ex-  
plicatur a Papinio in siluis . nō enī prætor tantū creatus est : sed etiā duū  
uir quo circa magnam gratiā singularemq; cōmēdationē suæ uirtutis re-  
portauit . hæc sunt : quæ legimus de Poeta Stella in ueterū cōmentariis .

M. Valerius Martialis .

M. Val. Martialis genere Hispanus fuit Bilbili nat⁹ haud ignobilis  
oppido Celtiberiæ : ut ueteres auctores tradūt : & ipse Martialis cū  
plurib⁹ locis demōstrat . tum maxime his uersibus ad Licianū mu-  
nicipem suum .

Vir celtiberis non tacende gentibus

Nostræq; laus Hispaniæ

Videbis altam licianæ bilbilim

Equis & armis nobilem .

Subprimā atq; profectus est ad urbē Romā . quo facilius in litterarū stu-  
dio uersari posset : suūq; ingenium erudire . sed cū agendis causis minime  
se idoneū uideret . omnē operam atq; diligentiam retulit ad scribenda epi-  
grammata . in quibus magnopere excelluit iudicio ueterū . maxime autē ua-  
luit in promerendis sibi atq; conciliandis hominū studiis . adeo urbanita-  
te & salibus præstitit . Relata sunt a C. Plinio p̄ multa de ingenio & eru-  
ditione Val. Martialis . quibus satis colligere possumus : quāti fecerit hūc  
ipsum Poetā : quātumq; illius uersibus oblectari cōsueuit . sic enim scri-  
bit . fuit Martialis ingenio acri & qui plurimū in scribendo & salis habe-  
ret & fellis . neq; candoris minus . itaq; minime mirari oportet : si Aeli⁹ ue-  
rus Imp. ( qui Cæs. Hadriano gratissimus fuit ) solitus est singulari affe-  
ctu prosequi lepores atq; iocos Poetæ Martialis . suūq; Vergiliū uocare .  
neq; dubiū est illum Romæ publicis honoribus ornatū atq; honestatum  
fuisse . nam equestri dignitate donatus est : & prætura : & iure trium libero-  
rum : ut ipse de se testat̄ . Libros . xii . epigramaton composuit miro inge-  
nio : & singulari urbanitate : quibus adiecit Xenia & Apophoreta libellis  
duobus absoluta . In his secutus est Marsum Poetā : pedonē atq; getulicū  
quorum exemplo se ipsum tueē . ac lasciua uerborū licentiā excusat . Va-  
lerii quoq; Catullū & Liciniū Caluū plurimi fecit . qui in hoc scribēdi ge-  
nere insignes habiti sunt . In duodecimo libro Neruz atq; Traiano Imp.

*Plim⁹*

blanditus est dānatis tēporibus Domitiani Cæs. ad eundē refertur spectā-  
culorū liber . qui extra ordinem aliorū habetur a nostris grāmaticis : ut ue-  
tusti codices probāt . Inter amicos præcipue habuit Stellā Patauinū : Deci-  
anum : Siliū Italicū : Val. Flaccū : Partheniū aliosq; cōplures . ad quos sæ-  
penumero scribit . Stertinius uir clarissimus ( quē Martialis mutato nomi-  
ne Auitum appellat ) tantū concessit ipsius ingenio atq; doctrinæ : ut uiuē-  
ti adhuc illi imaginē more ueterum in sua bibliotheca posuerit . Postre-  
mo cū Martialis foret prouectior tædio rerū urbanarū affectus in patriā  
rediit . atq; in natali solo paulopost interiit : non sine lachrimis ac magno  
mærore . C. Plinii : ut ingenue testat⁹ ē . scripta epistola ad Cor. Priscū . de  
Gargilio Martiale dicem⁹ suo loco . q; libros cōposuit de gestis Impatorū .

Sentius Augur .

Entius Augur Romæ natus atq; honestis artib⁹ eruditus : iter eos  
Poetas cōnumerat̄ . qui epigrammata & pœmata scripserūt . p̄ multa  
de hoc referunt a Plinio in epistolis . quibus facile colligit̄ quantū  
præstiterit elegātia ingenii & optimis morib⁹ . uixit magna familiaritate cū  
Spurina & Antonino uiris grauissimis : maximeq; ab illis probatus ē p̄pter  
ingenii modestiā & egregiā uitæ probitatē . secutus est in scribēdis epigrama-  
tis Val. Catullū & Liciniū Caluū . multaq; cōposuit elegāter & lepide . alia  
cū bile & stomacho ut a Plinio refertur : qui nō sine magna admiratione soli-  
tus est audire pœmata ipsi⁹ Sentii . legunt̄ adhuc uersiculi aliquot . quibus  
aperte explicat̄ : quantū in eo genere ualuerit & gratia & salibus . sic enī scri-  
bit ad Plinium .

Canto carmina uersibus minutis

His olim : quibus & meus Catullus

Et Caluus : ueteresq; . sed quid ad me

Vnus Plinius est mihi prior . is

Mauult uersiculos foro relicto

Et querit quod amet : putatq; amari

Ille Plinius ille . quid Catones ?

In nunc : qui sapias amare noli :

hæc hæcten⁹ de Poeta Sentio obseruauī . de obitu ipsi⁹ nihil legi apud ue-  
teres auctores .

Vestricius Spurina .

Estri⁹ Spurina nobili ac p̄clara familia ort⁹ : iter eos Poetas relat⁹ ē  
ab antiq; scriptorib⁹ . q; lyrici appellanē . p̄ eadē t̄pa floruit . qbus Ve-  
spasiani p̄cipes rerū potiti sunt . morib⁹ optis fuisse tradiē . ac domi-  
forisq; magna & excellenti uirtute se gessisse non sine commendatione  
summæ grauitatis ac singularis prudētiz . idem Spurina factus est Impera-

*Plim⁹**Plim⁹**Plinius*

tor contra Breueterum Regem. cumq; illum strenue atq; ingēti animo repulisset fuso atq; fugato exercitu ferocissimarū gentiū, triūphali statua donatus est. filiū Cocceium adhuc iuuenē amisit. cuius interitū constanti animo tulit: ut qui humanæ fragilitatis improbitatē optime cognosceret. Pœmata ipsius præcipue cōmendantur a Plinio his uerbis. scribuntur a Spurina Lyrici uersus & quidem utraq; lingua & doctissime. mira illis dulcedo. mira suauitas: mira hilaritas. cuius gratiam cumulat sanctitas scribentis. in his secutus est Flaccum Horatium. cuius indolem atq; elegantia magna felicitate exprimebat. uixit summa familiaritate cum Iulio Apro & Agricola. qui socer fuit Cor. Taciti. Plinium Secundū uehemēter dilexit. propter ingenium atq; singularē modestiā. neq; dubiū est eum ad extremā senectutem peruenisse integris sensibus ualidoq; ac uigenti corpore. de sapiētia ipsius in reb<sup>9</sup> gerēdis: ceterisq; animi uirtutibus cōplura scribunt a C. Plinio quæ nos breuitatem præfati magna ex parte omittimus. celebratur ab antiquis scriptoribus alter Spurina: q; prænuntiauit. C. Cæsari futurū interitū. cumq; submonuit: cauendas sibi esse Martias Idus.

Voconius Victor.

Oconius Victor nobili genere ortus traditur. Romæ uixit in Secūdo ordine: sed illustrior factus est poetica studio. præcipue floruit tēporibus Hadriani principis: qui ex Italica urbe Hispaniæ genus duxit. idem Voconius sub primā atate in foro & causis agendis operam posuit magna laude ingenii sui atq; studiorū. fuit enim modestia singulari: & in cōciliandis sibi hominū animis mire efficax: ut relatū est a C. Plinio qui maxima familiaritate uixit cum Poeta Voconio. paribusq; studiis atq; disciplinis diu incubuit. neq; dubiū est eum excelluisse in scribendis elegis atq; epigramatis: ut Martialis testatur: in quibus affectauit profluentes ueneres ac lasciuam uerborum licentiam: uir alioqui probis moribus atq; honestissimis. quo circa Cæs. Hadrianus (cum permultum concederet Voconii pœmatis) singulari affectu profecutus est illius memoriā. taliq; carmine decorauit eiusdem sepulchrum.

Lasciuus uersu. mente pudicus erat:

qua in re seruauit ueterem legē scribendis epigrammatis.

Nam castum esse decet pium Poetam.

Ipsū: uersiculos nihil necesse est.

quod a L. Apuleio relatū est. celebratur apud ueteres adolescēs Testylus quē propter egregiā formā præclaramq; indolē magnope dilexit Voconius: ut a Martiale scribitur his uersibus.

Testyle Victoris tormentum dulce Voconi

Quo nemo est toto notior orbe puer.

Plinius

Plinius

C. Plinius

Martialis

Apuleius

Martialis

Sic etiam positus formosus amere capillis  
Et placeat uati nulla puella tuo.

L. Paulus Passienus.

L. Paulus Passienus nobili atq; honesta familia ortus equestre dignitatem a maioribus suis acceptam retinuit. sed quātum colligere possumus ex ueterum monumētis: in urbe factus est longe nobilior ob elegantiam ingenii: ac Poeticæ studium: in qua magnopere excelluit: ut Plinius & Gellius testatur. traditum est eum fuisse Oriūdum ex umbria. eodem oppido: quo Poeta Propertius: a quo genus suum deduxit. præcipue claruit in scribendis elegis imitatus Propertium. cuius gratiam atq; uenustatem magno studio dicitur exp̄ssisse: ut a Plinio relatū est. his uerbis. reddit Propertiū in primis: elegos eius in manus sumpseris leges opus tersum molle: iucundum: & plane ut Propertium. Idem Passienus nō tantum in elegia uersatus est. sed ad pœmata & Lyricos ingenium suū conuertit. in quibus Horatio Flacco magnopere accedebat. Inter ceteros amicos præcipue coluit Iulium Celsinum: Gellium & C. Plinium. qui omniū officiorum genere singulariq; diligentia Passienum fouit. Hic est ille Paulus Passienus: quem Gellius uocat in Atticis noctibus Poetam doctissimū. in agro uaticano predium habuit in quo magna uoluptate uersari in studiis: & de litteris agere consueuit: ut a Gellio scribitur. qui Pauli eruditioem atq; pœmata pluribus locis cōmendat. hæc sunt: quæ de hoc Poeta apud ueteres obseruauimus.

T. Annianus.

T. Annianus per eadē tempora floruit: quibus Cæs. Hadrianus ad Imperiū ascitus est. traditū fuisse lepido ingenio maximeq; urbano: ut ueteres grāmatici satis testantur. Fescēninos uersus cōposuit uariosis atq; salibus refertos. nam in his liberā iocorū lasciuiā ac festiuā proccacitatē admittebat. sūpta origine ab urbe Sabinorū. unde inditū est nomē Aufoni<sup>9</sup> Poeta de Anniani Fescēnini meminit in excusanda petulātia sui carminis. neq; enī sunt accusanda inquit ea pœmata: quæ pruritū mouent: quod in carminibus lasciuiā cōmendat. in moribus grauitas. grāmatici ueteres per sæpe citant eiusdē uersiculos: quibus haud dubie apparet Annianum ipsum inter eos Poetas iure optimo cōnumerari: qui & ingenio & doctrina præstiterint. summa familiaritate usus est cū Gellio & Erutio Claro ut habetur apud eundē Gelliū: qui Annianū Poetā ut elegantissimū atq; urbanissimum celebrauit.

M. Marullus.

M. Marullus mimorum scriptor habitus est. per ea tempora Romæ uixit: quibus Cæs. Antonin<sup>9</sup> rerum potiretur. qui pro instituto uitæ ac professione studiorum uindicauit sibi cognomen philo-

Plinius

Gellius

Plinius

Gellius

Gellius

Ausonius

Gellius





sophi. itaq; minime mirum est: si ea tempestate omnes bone disciplinae maximum incrementum acceperint auspiciis & fauore optimi principis. commendatur Marulli ingenium atq; eruditio ab antiquis grammaticis in componendis mimis. in quo genere scribendi claruerunt apud Latinos Decius Laberius: Publius: Lentulus & alii permulti. relatum est a Julio Capitolino tantum animi atq; libertatis fuisse in hoc Poeta: ut minime ueritus sit notare principes ciuitatis: ac nominatim suis carminibus perstringere. & inter alios dicitur accusasse Cæs: Antoninū. presentemq; ac spectantē reprehēnisse. quod eos uiros potissimū ad ampliores dignitates promouisset: qui infames uulgo haberentur adulteriis Faustinae uxoris. palamq; est nominatum ab eo fuisse Tertullum hoc uersiculo.

Ille iam tibi dixi Tertullus dicitur.

Seruius Seruius grammaticus per sepe meminit de fabulis huius Poetae: referens perurbanū dictum Marulli contra nequam parasitum. tu & Hector ab Ilio non recedis. quod in prouerbum uenit. Diuus quoq; Hieronymus inter mimographos auctores hunc Poetam enumerat: cum de Philistione & lentulo agit in Apologia contra Ruffinum. celebratur alter Marullus apud Val. Martialem de quo nihil dicendum est hoc loco.

#### Aulus Serenus.

Vlus Serenus inter Poetas lyricos relatus est ab antiquis grammaticis. in quo genere apud Latinos praecipue claruerunt Horatius Flaccus: Cæsius Bassus & alii plures. traditum est de hoc Sereno: eum

fuisse ingenio eleganti & facili ad amores & iocos describēdos. Maurus Terentianus cum de eo loquitur: egregium ac nobilem Poetam facit. Pœmata scripsit uario & multiplici carmine ut Hieronymus testatur. qui eundē inter ueteres lyricos enumerat. Nonius Marcellus & Martianus capella pluribus locis citant Sereni Poetae opuscula. quibus manifesto apparet: illum praestitisse magna eruditione & elegantiā. de. Q. Sereno cōmode a nobis dicitur: seruata temporum ratione: qui libros composuit de remediis morborum.

#### Vergilius Romanus Com.

Ergilius Romanus p eadē tpa in urbe floruit: qbus Hadrianus Cæs. & Antoninus imparūt. ingenio sc̄laro fuit: & antiq̄tatis maxie studiosus. scripsit iter alia opa mimiābos. i quo genere pœmatis. Gn. Martiū secut⁹ ē Poetā uetustissimū. relata sūt cōplura de eruditiōe & elegantiā hui⁹ Vergilii a Plinio Secūdo. q illius Comedias atq; mimiābos magnope

celebrauit. quod his uerbis colligitur. fecit mimiābos tenuiter: argute: Venuste: atq; in hoc genere eloquentissime. Idem Plinius Vergilii fabulas a deo est admiratus: ut minime dubitarit Plautinis atq; Terentianis eas adiungere. Fuit enim in accusandis uitiis ac detestandis acer & uiolentus. in quo tamen fictis nominibus ac personis est usus non sine gratia & singulari urbanitate. Inter ceteros amicos: praecipue coluit. C. Plinium: ut ex Epistolis illius elicitur. de obitu ipsius nihil apud ueteres auctores legimus.

¶ Finis.



PETRI CRINITI PRAEFATIO LIBRI  
 QVINTI DE POETIS LATINIS  
 AD COSMVM PACCIVM  
 PONT. ARRETINVM

N hoc extremo uolumine operis nostri Cosme Pont. Arretine seruatum est a nobis: ut de his Poetis ageremus: qui Antoninorū temporibus usq; ad Theodosium & Constantios Cæs. uixerunt. neq; enim uisum est pertinere ad institutum nostrū de omnibus scribere. declinata Imperii maiestate: bonisq; artibus magna ex pte destitutis. Itaq; dabunt mihi ueniam eruditi homines: qui cum legent hos libros: uidebunt a nobis referri Poetas illos: qui re uera paulo ineptiores atq; inelegantes haberi possunt: quales sunt Iuuenus Fortunatus & alii: generis eiusdem. in quo moderate me gessi. nam mutata religione mutarunt etiā indolem atq; gratiam carminis. quo circa minime mirari oportet (præcipue cum uniuersa Italia magnis atq; uariis cladibus confecta esset distrahētibus eam plurimis populis atq; Barbaris nationibus) si antiquorū elegantia atq; puritas uiolata est. & simul inscitia bonarū litterarum atq; imperitia succreuit. nostra uero tempestate magnopere debem⁹ letari. quod ad id accesserūt honesta ac liberales disciplinae: ut aliqua ex parte uideantur cū ipsa antiquitate contēdere. quā rem facile probaturi sunt: qui Pontani opa & Marulli paulo attentius perlegerint. nam uterq; (nisi ego forte hac in re decipior) in suo genere absolutus haberi debet: sed minime par est: de his facere iudiciū hoc loco: quos nostri homines pro optimis exemplis agnoscunt. & uelut decorata quadam & illustria monumēta uetustatis admirantur. Nos institutum opus prosequamur. capientes principiū a Festo Auieno: q; præter alia multa oper: quæ cōposuit Aratum Poetā cōuertit in Latinos numeros: ut suo loco a nobis referetur.

Ruffus Festus Auienns.

Ruffus Festus Auienus Poeta eruditus & elegans per eadem tempora floruit quibus Cæs. Dioclitianus Impator ē appellatus: quæ res cum multis aliis argumentis colligitur. tum ex cōmentariis diui

*Hieronymi*

Hieronymi. qui (cum loquitur de Arati Phænomenis) Auienū refert paulo ante in Latinum ea cōuertisse post. M. Tullium atq; Germanicū. quidam putant fuisse illum genere Hispanū. sed hoc mihi nō satis compertus est in tanta rerum obscuritate. illud minime dubium est: euz magna doctrina ac multiplici rerum scientia præstitisse. nam præter opus Arati (quo maximaq; laudem adeptus est) composuit etiam librū de orbe terrarum his uersibus:

quos uocant exámetros: imitatus Dionysium Græcum Poetam. de maritimis quoq; scripsit Iambicis uersibus: intactum opus Latinis ingeniis. tantæq; difficultatis: ut diu multūq; sibi elaborandum fuerit in eo absoluēdo. de hoc pœmate sic idem Auienus refert.

Laboris autem terminus nostri hic erit.  
 Scythicum ut profundum: & æquor euxini salis  
 Et si quæ in illo marmore insulæ tument.  
 Edisserantur: reliqua porro scripta sunt  
 Nobis in illo plenius uolumine

Quod de orbis oris: partibusq; fecimus.

plura in hoc opere inseruit ex uariis atq; reconditis auctoris. præcipue q; secutus ē (ut ipse testatur) Hecatei Miliēsi: Hellenici Lesbi: Philonem Atheniēsem Pausimachū: Euctemū: Cleonē Siculū aliosq; p multos: ut præmittamus Annales punicos: a quibus cōplura accepit. neq; defunt: qui existiment fuisse alia composita ab eodē Auieno. Seruius q; dem grāmaticus (cum de Cometis disserit) Auienū scribit fecisse Vergilianas fabulas Iambicis uersibus: & historica quædam ex libris Liuianis. qua in re non satis habeo exploratum: an hæc ad eundē sint referenda. & si ratio temporum maxime congruit. Inter amicos præcipue coluit Myrmecium Flavianum uirum clarissimum & Probum. cuius uirtutē atq; probitatem magnopere cōmendat dicato illi uolumine de maritimis. Hæc sunt quæ legimus de hoc Auieno apud ueteres auctores. de Auieno Poeta Græco (cuius legunt epigramata) nihil dicendum est hoc loco.

Alphius Auitus:

Alphius Auitus Poeta illustris est habitus: uixit his de pene temporibus. quibus Cæs. Constantii præstiterunt. quæ res abunde colligitur ex Mauro Terentiano. qui Poetam Septimiū atq; Alphium Auitum inter recentiores cōnumerat. sunt qui putent illum fuisse Carthaginensem. in quo desideramus auctores. Ingenio eleganti fuit & cōponendis carminibus accōmodato. inter cætera (quæ dici scripsisse) libros fecit: qui inscripti sunt excellentiū. in his ppetuo est usus dimetris Iambicis magna quidem uenustate ac parī elegantia ut grāmatici ueteres testant. quod et factis colligitur his uersiculis. qui adhuc supsunt ex libro secūdo excellentiū.

Tum litterator creditus  
 Ludo: Phaliscum liberos  
 Conatus in campi patens  
 Extraq; muri ducere  
 Spaciando paulatim trahit

G

*Dionysii? hbyo*

*Seruius?*

*Terentianus?*



Hostilis ad ualli latus.

*Terentianus*

Maurus Terentianus persape citat Alphii Poetae carmina: deq; eo sic scribit in libro de uariis metris.

Phaselus ille: quem uides  
Plerumq; nec carmen modo  
Sed & uolumen explicat.  
Ut pridem Auitus Alphius  
Conscripsit excellentium.

*Priscianus*

Priscianus quoq; de eodem meminit pluribus locis. hæc sunt quæ de Alphio Poeta obseruauimus. de Alphio feneratoro scriptum est ab Horatio & Iunio Columella.

Septimius Afer.

*Terentianus*

Septimius natione Afer inter eos Poetas relat<sup>9</sup> est. qui poematis scribendis operam atq; studium posuerunt. de hoc mentio habetur cū apud alios. tum apud Maurum Terentianū. qui per eadem tempora propemodum floruit: ut aperte indicauit his uersibus.

Qui multos legerenegant hoc corpore metri  
Romanos aliquid ueteres scripsisse Poetas  
Dulcia Septimius: qui scripsit opuscula nuper  
Ancipitem tali cantauit carmine Ianum  
quibus colligitur compositū fuisse hymnū a Septimio de laudibus Iani.  
neq; alienum fuerit eius uersus aliquot subicere: quo facili<sup>9</sup> iudicari possit de ipsius ingenio atq; eruditione.  
Iane pater: Iane tuens: diue biceps: biformis.  
O cate rerum Sator: o principium deorum  
Stridula cui limina: cui cardinei tumultus  
Cui referata mugiant aurea claustra mundi  
in hoc carmine imitatus est Poetam Callimachum. qui inter cætera opera elegantissime scripsit hymnos deorū: eoq; genere metri usus est. Legunt alia plura eiusdem Septimii: quales sunt hi uersiculi de Agello.

Inquit amicus ager domino  
Si bene mi facias memini  
Pinea brachia cum trepidant  
Audio canticulum Zephiri

itaq; cū uteretur uario ac multiplici genere carminum: uocauit suos libros opuscula. Inter cæteros auctores (qui hoc nomine appellati sunt) præcipue cōmendatus est ab antiquis Septimius historiarum scriptor. qui de gestis Imperatorum libros composuit.

T. Calphurnius Siculus.

*Opuscula uocauit suos libros  
septimius afer.*

T. Calphurnius natione Siculus fuit: ut inscriptiones ueterum codicum probant. inter eos Poetas relatus est. qui scripserunt Buccolicum carmen. in hoc enim iudicio eruditorū magnopere excelluit. cui gratia carminis. tum elegantia & proprietate. per eadē tempora floruit: quibus Dioclitianus Cæs. & Constantii principes Romanū Imperium moderati sunt. quæ res manifesto indicatur ex cōmentariis Flauii Vopisci. qui Olympium Nemesianū celebrat. ad quē Poeta Calphurnius suū opus misit: ut in uetustis exemplaribus legitur. quo circa in magno errore uersantur: qui existimant eum fuisse atate Cæs. Augusti. modicis facultatibus uixit. quod ex ipso auctore satis possumus colligere. neq; desunt: qui putent de Dioclitiano Impatore intelligi oportere cū scribit sub psona Orniti.

Aurea secura cum pace renascitur atas  
Et redit ad terras tandem squallore situq;  
Alma themis posito. iuuenemq; beata sequuntur  
Sæcula maternis causam qui lussit in ulnis.

Alii hoc ad Numerianum referunt. qui & scribendis carminibus & eloquentia præcipue excelluit. sunt qui malint scribere Calpurniū subлата aspiratione: quod a Calpo deducatur nomen Calpurnii. sed hoc ut friuolum est: ita liberum relinquimus nostris grammaticis.

Autelius Olympius Nemesianus.

Vrelius Olympius Nemesianus Afer genere: patria Carthaginensis fuit. quod antiquiores Codices testant. p ea tēpora in urbe floruit: quibus Cæs. Numerianus & Dioclitianus imparunt. Quantū præstiterit in condendis poematis copiose relatū est a Flauio Vopisco. qui hūc ipsum Nemesianū nobilissimū fuisse Poetā; refert: omnibusq; coloniis atq; urbibus magnopere illustratū. Calphurnius Sicul<sup>9</sup> (de quo supra scripsimus) arctissima beniuolentia profecutus est Nemesianū: eiq; dicauit suū carmen buccolicum ueluti monumentū propriæ diligentia atq; optima uolūtatis. Legunt adhuc eiusdem Nemesiani eclogæ. quibus manifesto apparet eum merito cōmendari inter præcipuos atq; optimos Poetas sui tēporis quo circa uerisimile est a Numeriano Imp: in maximo precio habitum. qui & eloquentia: & absoluendis poematis excelluit. Idem Nemesian<sup>9</sup> alia plura cōposuit. nam Cynnetica: Nautica & Alieutica scripsit. Ioannes Boccacius uir ut illa tempora tulerūt: haud omnino indoctus: citat Nemesiani Poetae uersiculos. hæc sūt quæ legim<sup>9</sup> apud ueteres auctores de Nemesiano.

Maurus Terentianus.

Aurus Terentianus natione Afer: patria Carthaginensis fuit. p eadem ferme tēpora excelluit in Poetica: quibus Alphius Auitus: Septimius: Petronius arbiter: & Aurelius Apollinaris: qui Iambicos

G z



Serui?

Priscian?

scripsit. grāmatici ueteres si quādo citant Terentianū inter recētiore auctores referunt: ut apud Seruiū & Priscianū legiē. opus cōposuit uario multipliciq; carminū genere de litteris: syllabis: pedib; & uariis metris. in quo habita ratione utilitatis oēm prope gratiā cōtempfit. & cū ualde laboraret in scribenda atq; explicanda uarietate carminū. minime alienū existimauit ab officio eruditionis. si eorū Poetarū exemplis uteretur: qui suis prope tēporibus aliqd scripsissent: ut Alphii Auiti: Septimii atq; aliorū: quod his uersibus ingenue profitetur.

Non equidem possum tot priscos nosse Poetas  
Vt ueterum exemplis ualeam: quæ tracto probare  
Maurus item quantos potui cognoscere Graios  
Quorum præcipue studiis pars musica constat.  
Nemo tamen culpet: si summo exempla nouella  
Nam melius nostri seruarunt metra minores.

neq; dubiū est ipsum Terentianū ad extremā ætatem peruenisse. & in hoc opere condēdo ita uersari solitū. quasi animū tali studiorū officio recrearet. seniūq; suum mollioribus curis transfigeret. de hoc Terentiano Augustinus etiā meminit referens illius uersiculum de M. Varrone.

Augustin?

Vir doctissimus undecunq; Varro.

Quod habuerit filium nomine Bassum. & Nouatemuz generum facile colligitur ex ipsis Terentiani carminibus.

Cl. Claudianus Alexandrinus.

Cl. Claudianus Poeta insignis Archadii & Theodosii temporibus floruit. patria fuit Alexandrinus nobilissima urbe Aegypti. quidam florentinū faciunt parum diligenter obseruantes ueterum cōmentarios. auctores græci (qui de Poeta Claudiano meminerūt) Alexandrinum appellant: cui sententiæ idē auctor astipulā: dū Nilum suum uocat: ut nihil præterea dubitari possit ei patriā fuisse Alexandria: ingenio excellenti fuit: maximeq; apto ad carmen cōponendū. nam & assurgit fæliciter: uariisq; figuris ac sententiis mirifice delectat: ut uideat a natura ipsa instructus ad Poeticā facultatē. uerisimile ē eū Romæ diu uersatū. multasq; Italiae urbes pagrasse. quod cū alia multa testant. tū hi uersus: quos de Balneis Aponi cōposuit. opera illius satis nota sunt. sed præcipuā laudē iudicio multorum sibi uindicat his carminib; qbus principes uiros summis laudationibus seu panegyricis extulit. de raptu proserpinæ libros quattuor scripsit. eosq; ad Florentinū misit: ueluti monumentū suæ beniuolentiæ atq; optimæ uoluntatis. nam cū eo arctissima familiaritate cōiunctus uixit. præterea eiusdē pœmata. epistolas & epigramata. In quibus de Nilo: de Phœnice: de Magnete: de Crystallo: de Balneis Aponi: de Torpedine: de Gallicis mula

bus deq; aliis multis apte & eleganter carmē descripsit. Augustin; & alii ueteres plurimū cōmendarunt ingeniū atq; eruditionē Claudiani referētes illius uersus de laude & uictoria principis Theodosii cōtra Eugenium Gallorum Regē. constat enim Theodosiū ipsum parua manu cōtra ingentes Barbarorum copias dimicasse. cæsisq; magna ex parte hostibus clarissima uictoria potitū non tam suis auspiciis: quā ope & præsidio obortæ tēpestatis sauientibus uentis contra hostium aciem. quo circa sic Claudianus elegantissime scribit.

Augustin?

Te propter gelidis aquilo de monte procellis  
Obruit aduersas acies. reuolutaq; tæla  
Vertit in auctores: & turbine reppulit hastas  
O nimium dilecte deo: cui fundit ab antris  
Eolus armatas hiemes. cui militat ether.  
Et coniurati ueniunt ad classica uenti

Idē Claudianus magna ueneratione coluit Probum: Probinū & Olibriū uiros consulares. Gennadiū præterea: Honoriu; Stiliconem ac Mallium Theodorū singulari studio & incredibili diligētia prosequiē. testatus officium suū libellis a se cōpositis de illorū laudibus. hæc sunt quæ de Poeta Claudiano obseruauim; de obitu ipsius nihil apud ueteres auctores legimus. de Claudiano Mamerco (qui libros de anima scripsit) cōmode a nobis dicitur.

Decius Aufonius Gallus.

Ecius Aufonius genere Gallus patria Burdegalensis fuit. quæ res a parte indicatur: cum locis pluribus. tum præcipue his uersibus.

Burdegallia est mihi natale solum

Vbi mitis est cæli clementia

uixit ut cōstat impantibus Valentino & Valentiniano Augustis. quibus magnopere acceptus tradiē ob ingeniū atq; excellentē doctrinā. sed longe nobilior factus est sub Gratiano Cæs. quem in latinis litteris atq; honestis disciplinis magna diligētia erudiuit: ut paulopost dicemus. parentem habuit nomine Aufoniū professiōe medicū: multisq; ac uariis honorib; illustratum. quod ipse Poeta Aufonius testatur eo carmine: quo pietatē suam professus est in deplorando obitu patris. quidā imperitissime faciunt. qui ad hunc Poetā ea referunt: quæ ad patrē Aufonii pertinent. Cæs. Valentinianus tantū concessit moribus atq; doctrinæ Aufonii: ut eum præcipue delegerit inter ceteros omnes: qui Gratianū filium instrueret. eiusq; ingenium latinis litteris erudiret. quo circa maximā nobilitatem adeptus est. adeo ut paulo mox patrociniō Cæs. Gratiani prouectus fuerit ad consularē dignitatem quā honestissimis suffragiis: ut abunde percipitur ex illa

G 3



nobili gratiarū actiōe qua Impatori optimo & discipulo humanissimo gratulatur, permulta composuit & prosa oratione & carmine. Librū epigrammatū magna ex parte a græcis Poetis acceptū in Latinos numeros conuertit: mira elegantia pariq; ingenio, fuit enim græce ac latine peritissimus, item de his urbibus scripsit: quæ nobiliores atq; clariores haberentur uario & multiplici genere carminū, ex quo pœmate quædā ueluti fragmēta adhuc leguntur: puellā nomine Bissulā multis carminibus celebrauit, admiratus egregiam illius formā singularēq; uenustatē, de fluuio Mosa (qui Lingonum fines prægrediens in Rhenū influit) in quo maximā laudē (ut est auctor Symmachus) iure optimo sibi uindicauit, siquidem incredibili elegantia utitur in eo describendo. Factorum præterea libros absoluit, opus magni laboris ac multarū uigiliarum, a principio enim urbis conditæ auspicatus est continuato ordine usq; ad suum consulatū: ut his uersibus testatur.

Urbis ab æternæ deductam Rege Quirino

Annorū seriem cum Procule accipies

Mille annos centumq; & bis fluxisse nouenos

Consulis Aufonii nomen ad usq; leges.

Fors erit ut lustrum: cum se cumulauerit istis

Confectam Proculus signet Olympiadē.

Inter amicos præcipue habuit Tetradium Gallū: Paulinum Poetā: & Hesperium, quorū studium atq; beniuolentiā pluribus ac uariis epistolis testatur. Symmachus autē uir Consularis & apprime doctus tantum Poetæ Aufonio detulit: ut assertū ab eo sit neminē esse omnium mortaliū: quæ in officio amicitia illi comparet, extant adhuc epistolæ ipsius Symmachi uelut optimi testes tam mutua tamq; singularis inter se necessitudinis: neq; dubiū est eundē Aufoniū inter christianos relatū, quod illius opera multis locis demonstrat, de obitu ipsius nihil certi habet ex ueterū lectione. Et si quidā tradunt nonagenariū periisse, in quo magno errore decipiunt, cum id ad parentem Aufonii pertineat.

Damasus Hispanus.

Damasus natione Hispanus nobili atq; clara familia ortus est: ut ueteres scribunt, hisdem tēporibus in urbe floruit, quibus in scribenda historia nobiles habiti sunt: Paulus Orosius: & Eutropius, qui de rebus Romanis libros plures composuit. Laudatur ingenium Damasus atq; eruditio in faciendis carminibus cum ab aliis multis, tū præcipue a Hieronymo, qui complura opera a se cōposita huic Damaso dicauit, adeo modestus fuit, tamq; excellenti uirtute ornatus: ut ingenti studio creatus Romanus fuerit Pontifex maximus repulsis atq; improbatis illorū accusationibus

qui nomine adulterii conabant famā atq; innocentia eius insimulare, plura de Poeta Damaso relata sunt apud illos auctores, qui de gestis Pontificū scribunt, pœmata edidit nō uulgari elegātia, & hymnos cōplures: ut Prudentius: Ambrosius: & alii eiusdē ordinis auctores, itē librū de Romanis Pontificibus soluta oratiōe, quē ad Hieronymū misit, eūq; libere & amice bortatur ad exponendā atq; illustrandā hebreorū doctrinā, putabat enim lectionē ipsam parū quidē conferre sine stilo, neq; posse aliquē satis proficere in studiis litterarū: atq; antiquis disciplinis sine magno ac diligētī usu scribēdi, neq; desunt, qui referāt ipsum Damasum puenisse ad extremā senectutem ac sub Theodosio Aug. periisse: cum octogesimum annū ageret, quod etiam Hieronymus tradit.

Iuuenus Hispanus.

Vuencus Poeta natione Hispanus familia insigni maximeq; illustri natus est: ut a Hieronymo tradit, præcipue floruit Imp. Constantio & Constante, qua tēpestate in eloquētia apud Latinos clari fuerunt Tiberianus: Nazarius & Flauius Vopiscus, qui de gestis Romanorum principū libros cōposuit, inter alia pœmata: quæ dicuntur ab eo ædita, scripsit quattuor euāgelia exametris uersibus, qua in re maiori diligētia usus ē in seruāda rerū historia, quā in demonstranda ingenii sui elegātia, idē Iuuenus aliquot hymnos fecit, quibus facile indicauit se optime meritū de religione christiana, neq; dubium est fuisse illū relatū inter sacerdotes christianos: ut ueteres auctores testantur. Diuus Hieronymus alicubi repetit Iuueni carmina, eumq; ut eruditum & elegantem Poetam cōmendat.

Aurelius Prudentius Clemens.

Vrelius Prudentius Clemens: in latinis litteris magna diligētia pariq; studio institutus: ut Gennadius & Isidorus testantur, quibus potissimum parentibus ortus fuerit, haud satis mihi compertū est ex lectione ueterum auctorū, quidā existimant fuisse illū genere Hispanū, primam ætatē agendis causis posuit, & in ciuilibus officiis uersatus est, deinceps ad maiores: amplioresq; dignitates prouectus ad præfecturā militiæ productus est studiis atq; suffragio Cæs. Theodosii, quæ res satis intelligit eū aliis argumentis, tum præcipue his carminibus Prudentii.

Frenos nobilium reximus urbium

Ius ciuile bonis reddimus: terruimus reos

Tandem militiæ gradu

Euectum pietas principis extulit

legunt adhuc ipsi pœmata multiplici ac uario genere carminū cōposita quibus facile præbari pōt, eū quidē pro cōditiōe tēporū maxime præstitisse

Symmachus

Symmachus

Hieronymus

Hieronymus

Hieronymus

Hieronymus

Gennadius

Isidorus



*Sidoni?*  
inter christianos Poetas nō modo eruditus uerborū figuris. sed etiā grauitate sententiarū. Sidonius Apollinaris haud omnino contēendus auctor in legēdis atq; obseruādis antiquis scriptoribus cū loquē de Poeta Prudentio minime ueritus est illū Horatio adiungere. prācipuā laudē consecutus ē iudicio doctiorū ex eo Pœmate. quo profequit̄ illorū probitatē atq; cōstantiā qui se ipsos deuouerūt p̄ christiana religione. cuiusmodi ab eo celebrantur diuus Laurētius: Vincētius: Romanus: Hippolitus: Cassianus & alii complures. cōmendant̄ prāterea eiusdē carmina: de natali domini: de gestis & miraculis christi. de expiandis animis. de cōflictu uitiorū ac uirtutū. insectatus est acri animo: ac plurimis uersibus hostes christiani nominis: maxime q̄ *Symmach* Symmachū uirū cōsularē. cuius sentētias atq; eruditionem longo ope aculat. minime autē obscurū est: eundē Prudentiū peruenisse ad summā seueritatē: ac plurimis dignitatibus perfunctum peruisse.

*Aufoni?*  
Pontius Paulinus.  
Pontius Paulinus nobili genere natus inter eos Poetas refertur: qui sub Imperio Cæs. Gratiani floruerūt: ut Faustus: Tetradius & Aufonius. Burdegalēsis fuit: ac in Poetica facultate magnopere excelluit. quidā putarūt fuisse Nepotē Aufonii. quod eū grata ac beuiuola quadam appellatione filiū nominet. sed hoc nō satis constat in tam uaria & anticipiti rerū obscuritate. inter alia opa. scriptū est a Paulino Pœma exametris uersibus de Regibus ex Suetonio Tranq̄llo collectis. in quo maximam laude adeptus est: ut ab Aufonio referē his uerbis. Coegisti in Epithomē tres libros Suetonii de Regibus tāta elegātia. solus ut uideare cōsecutus. quod cōtra rerū naturā est: breuitas ut obscura nō esset. leguntur adhuc quādam ipsius Paulini carmina: in quibus mirifica eruditio & incredibilis elegantia apparet. Idē Paulinus prāclaris atq; honestissimis dignitatib⁹ perfunctus ē. & inter principes uiros atq; nobilissimos habitus. Fuit hisdē ferme temporibus alter Paulinus Pont. Nolanus. moribusq; & singulari cōtinentia clarissimus. cuius epistolæ atq; epigrāmata uulgo leguntur. quidā existimant eundē esse habendū. parum diligēter considerātes: quantū inter se differāt: & professione uitæ & carminū elegantia.

*Augustin?*  
Licentius Hipponensis.  
Licentius Poeta natione Afer: patria Hipponensis fuit. quod aperte intelligit̄ ex epistolis Augustini. qui hunc ipsum appellat ciuē suū. Et si Tagasta oppido nat⁹ est Augustin⁹: ut ueteres auctores tradūt. q̄ scribūt de Poeta Licētio magnopere cōmendāt illi⁹ ingeniū in p̄quirendis atq; obseruādis ueterū disciplinis. cū Augustio uersat⁹ ē sūma familiarit̄

tate. eumq; ueluti prāceptorē suum ac parentē magna obseruatione ac reuerentia coluit. referuntur complura de hoc Licētio cū ab aliis multis. tum a Meropio Paulino. qui plurimis carminibus eū cohortat̄: ut abdicatis ceteris curis ad illustrandā christi religionē animum referat: & Augustini exemplum atq; eruditionē profequatur. Inter cetera (quæ dicunt̄ a Licētio cōposita) hymnos & epistolas plures descripsit. in quibus satis demonstrat: quantum teneretur Poeticæ studio. quāq; assiduā operā collocaret in condendis pœmatis. leguntur ipsius carmina ad Augustinū. quæ a nostris grāmaticis in magno precio habita sunt. prācipueq; hi uersus de Protheo cōmendant̄. Prothea namq; ferunt ueterum cōmenta pelagum  
Qui dum sollicitis non uult aperire futura  
Spumat aper: fluit unda: fremit leo: sibilat anguis.  
Captum aliquando tamen in munera parua uolucrum.  
de probitate ipsius: ceterisq; animi uirtutibus permulta apud Augustinū  
& Possidoniū habent̄. quæ ob institutā breuitatē omittimus.

*August*  
*Possidom?*  
Venantius Honorius Fortunatus.  
Enanti⁹ Honorio⁹ Fortunat⁹ inter christianos Poetas relatus est. & cum ingenio atq; moribus longe prāstaret Rauennæ eruditus traditur. magnaq; diligētia in latinis litteris institutus. de hoc Fortunato referuntur permulta apud eos auctores: qui de gestis Gallorū annales cōposuerunt. neq; desunt qui scribant illū diu uersatū in Gallia: & ob egregiam eruditionē: optimūq; ingenium Pontificē Pictauiorū factū. plura ac uaria opera edidit. quibus ingeniū facilitatē. minimeq; uulgarē doctrinā demonstrat. leguntur adhuc sua pœmata. & hymni cōplures: qui magnopere commendati sunt a nostris grāmaticis. Sed & libros quattuor fecit de gestis diui Martini uersibus exametris. prāfatus tali opere se imitari christianos Poetas: ut Alcymū: Prudentium: Iuencū: Paulinū: & alios plures. Idem Fortunatus maximo affectu: singulariq; beniuolentia profecutus est Gregoriū Pontificem. Euphroniū atq; Felicē: ut alios omittamus. In peruetustis exemplaribus additum est nomen Clementiani. quod ab his probari poterit qui Paulo accuratius antiquitatē perscrutari uoluerint.

Faustus Gallus.  
Faustus natione Gallus patria Vassates: ut quidā referūt. alii Lugdunensem fecerūt. hisdē temporibus in Poetica excelluit. quibus doctrina & ingenio p̄stātes habiti sunt Boethi⁹: Claudian⁹ mamerc⁹: & Cassiodor⁹ quæ secretis fuit Theoderici Imp. Enodi⁹ & Apollinaris p̄multū cōcedūt Faustī pœmatis quæ in his eruditū se atq; ingeniosū p̄baret. scripsit. n. p̄ instituto

*Enodi?*  
*Apollinaris*



*Enodi* christiana professionis epigramata & hymnos de rebus sacris: ut manifesto colligitur ex epistolis Enodii, uersat<sup>9</sup> tradit Lugduni Gallia urbe: quae a Numacio Planco condita est: ut quidam putant, ibique maximam laudem adeptus est suae doctrinae, relatum praeterea est: de hoc Fausto fuisse illum probis moribus, & in accusandis uitiis magna seueritate, quod etiam Cassiodorus pluribus locis affirmat, de ipsius poematis atque doctrina sic scriptum inuenio apud Enodiu.

*Cassiodo*

In ueterum morem pangit noua carmina Faustus

Et per membra suum defecat arte melos

Doctus ad incudem uerba infabricata referre

Quosque facit uersus: terque quaterque probat.

Complura alia de Poeta Fausto scribuntur ab Enodio, quae a nobis omissa sunt, de Fausto Manicheo dicemus suo loco, contra quem leguntur adhuc multa uolumina ab eruditissimo uiro Augustino composita.

*August*

C. Sollus Sidonius Apollinaris.

C. Sollus Sidonius Apollinaris genere Gallus fuit, quidam Burdigalensem faciunt, ipse uero de se scribens pluribus locis atque epistolis Aruernum se dicit, sunt enim Aruerni populi finitimi eduis iter caltas constituti, honestis parentibus & illustri familia ortus est: latinisque litteris a prima statim aetate magna diligentia institutus, nam sub Flauio Nicetio (qui per ea tempora excellens grammaticus habebatur) eruditionem accepit, cumque ingenio & industria in prosequendis disciplinis magnopere praestaret, breui effecit: ut eos omnes antecederet: qui paribus studiis tenebantur, permulta scripsit cum soluta oratione, tum uario genere carminum, libros nouem epistolarum secutus Plinium Secundum: ut ipse refert, & si tali opere magis ingenium probatur Sidonii quam iudicium: ut qui peregrinum & gallicum redoleat: & simul inepta uerborum affectatione supra modum laboret, cuiusmodi accusantur a nostris grammaticis Cassiodorus, Enodius, Fulgentius, & Claudianus Mamertus, qui uiolata passim ac disiecta Romani Imperii dignitate minime seruarunt latini sermonis puritatem, Itaque multo maiorem laudem adeptus est ex poematis atque endecasyllabis, quod in his multum ingenii sit, atque elegantiae minime uulgaris, In his quoque panegyricis commendatur, quos Anthemius atque Maioriano dicauit uiris consularibus atque clarissimis, Idem Sidonius magnopere dilexit eruditorum ingenia, summisque officiis ac singulari humanitate fouit: ut Lampridium, Tonantium, Tetradium, & alios plures, quam rem ipsius epistola atque epigrammata satis ostendunt, de sacerdotio illius ceterisque dignitatibus nihil dicendum uideatur, quod in plerisque aliis omissimus, qui collocati sunt ab antiquis scriptoribus inter christianos Poetas.

Admonitio operis ad eos: qui legerint.

Erfecimus ad hanc diem libros quinque de Poetis latinis, In quibus permultum diligentiae ac laboris a nobis collocatum est, nihil enim satis dignum memoria effici posse existimo, in quo parum diligenter: parumque accurate sit elaboratum, Iuuabunt hoc institutum pernoscentia antiquitatis libri de grammaticis: atque oratoribus: qui paulo mox in lucem prodituri sunt diis beneiuantibus, non sum defuturus operi inchoato in asserendis atque approbandis studiis nostris, ac satis quidem factum existimo ab his hominibus, qui alicui praeclearo facinori intenti continentur maliuolorum improbitatem, & alienam inscitiam paruifaciunt, praesertim in ea re, in qua munus substineatur iuuanda: atque excolenda posteritatis, quod equidem cum diligenter considero multo acrius atque uigilantius persistendum arbitror in praesidio optimarum disciplinarum, in quibus uniuersam aetatem non sine maxima uoluptate consumpsimus perlectis atque obseruatis ueterum monumentis, Quod si nulla praemia sunt in ciuitate nostra constituta bonis ingenis propter aduersam rerum fortunam: & incredibile hominum ambitionem, spero tamen fore ut multi gratiam aliquam sint habituri nostris laboribus: quod in tam saeva conditione studiorum gradum seruaui, ac re maxime inclinata minime desperandum putauit, quod utcumque acceptum: extimatumque sit in tam uario & ancipiti iudicio hominum haud equidem uehementer laboro, semel enim constitui honestiorem famam praeclearis studiis quaerere: quam turpiorem questum malis artibus consecrari.

Quibus locis opifices ipsi per incuriam aut inscitiam aberrarint, Fol. vii, ut omnibus apte demonstrat: pro demonstraret, Item accius pro Attilio scripserunt, pro Accium pro Attili, Fol. ix, quam lepidatis foret pro quam lepiditatis, Item in aquis calidis: incopitalibus: in coloratore: illud in compitalibus supabundat, Fol. x, quae multi timent, pro quem multi, Fol. xiii, ex ueterum consuetudine, pro consuetudine, Fol. xxi, in Apophores, pro in Apophoretis, Fol. xxiiii, & fleuisse, pro & fesse, xxviii, beneficio Neroem Caesaris seruata pro Neroem Cas, fama seruata, Fol. xxxiii, Quid non audabis, pro audebis, Haec & alia eiuscemodi uiri humaniores agnoscet atque emendabunt.


Impressum Florentiae per Philippum  
Iuntam, Kalendas Februarii, M. D. V.











J  
P  
D  
P



UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

GEDOS.USAL.ES